



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

BL

820

J8

N5

A 409852



BL
820
.J8
N 5

De Jove Cretico.

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores impetrandos

consensu et auctoritate

amplissimi philosophorum ordinis

in

**alma litterarum universitate Friderica Guillelma
Berolinensi**

scripsit

Ernestus Neustadt

Berolinensis.

Promotio sollemnis habebitur die X. Nov 1906.

erlin Univ.
Exchange
Apr, 29 1907

De dissertatione ad ordinem rettulerunt

Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff

Hermannus Diels.

Mayer & Müller.

Typis expressit H. John Halensis.

De Jovis incunabilis quæ nunc proponere constitui cum per se tractari posse viderentur, ex ampliore separavi disputatione. cum enim dea mater cum deo filio sicut ab aliis populis ita a Graecis multifariam culta sit, cuius cultus haec Jovis incunabula unam referunt speciem, variam hanc materiam tractandam suscepi. cuius laboris hoc specimen edo. reliqua propediem vernacula lingua conscribam.

Hermanno Diels
Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff

s.

Caput I.

De Adrastea.

Priusquam de origine et nativa forma Adrasteae Jovis altricis quaestionem instituam, necesse est examinare, quid qualibus cuiusque temporis testimoniis de ea memoriae tradatur. E quibus cum de uno — Orphicorum τὴν ἐν ταῖς βραφωδίαις θεογονίαν dico — parum constet cui tempori tribuendum sit, liceat afferre quid sentiam. Quam theogoniam hodie nonnulli O. Kernii 'De Orphei, Epimenidis, Pherecydis theogoniis quaestiones criticae' secuti aut sexto a. Chr. n. saeculo aut etiam superiore aetate ortam esse putant. Quod omnino rectumne sit, nunc diiudicare nequeo, in ea certe fragmenta (109. -112. Abel), quae ad meam disputationem pertinent, non cadere demonstrare conabor. Atque haec certe quae legimus in fr. 110 δῶκεν Ἀδραστεία, quamquam ut sunt minime respirant regulas metricas saeculi sexti tamen non obstant quin tribuantur temporibus vel antiquissimis; nam pronunties modo δῶκ' Ἀδραστεία, nihil erit quo offendaris, sed sunt argumenta, quibus hac mutatione quamvis levissima te supersedere comprobatur. Nam primum quidem convenire fr. 109.—112. cum insequentium fragmentorum tenore vetantur diversitate eorum quibus Adrastea fungitur munerum. Quid enim de ea praedicatur? Hermias in Plat. Phaedr. p. 148 Ast, p. 162, 5 Couvreur sic dicit: ἐν τοῖς προθύροις γὰρ τοῦ ἄντρου τῆς Νυκτός ἤχθριν λέγεται τοῖς κυμβάλοις, ἵνα πάντα αὐτῆς τῶν νόμων κατήκουα γένηται. Quis tandem haec dicit: ἵνα πάντα κ. τ. λ.? Fortasse putes interpretem neoplatonicum; in hoc te errare Procli testimonio convinceris, qui in theol. Plat. IV 16, 206 haec dicit: παρ' Ὀρφεῖ δὲ καὶ φρουρεῖν λέγεται (ἢ Ἀδράστεια) τὸν τῶν ὄλων δημιουργὸν καὶ χαλκία ῥόπτρα

λαβοῦσα καὶ τύπανον λιγυγγῆς (v. Wilamowitz) οὕτως ἤχηεν, ὥστε πάντα ἐπιστρέφειν εἰς αὐτὴν τοὺς θεούς. Apparet igitur de iis quae Adrastea sonitu illo efficere vellet iam in exemplo actum esse, apparet item, uter exemplar propius secutus sit: Proclus. Atqui secundum eam quae tradi solet memoriam expectare licet sonitu id agi aut ut infans delectetur aut ut infantis fletum Saturnus cum non audiat, securus fiat. Hoc loco res plane adversa accidit: deorum enim animi Saturno non exemto, cum πάντα τοὺς θεούς Proclus dicat, in eum ipsum locum advertuntur, ubi infans est. Quod sensu careret, si metus esset, ne quid Saturnus infesti contra infantem moliretur, ac spes non esset magnum certe deorum numerum cum Jove contra Saturnum facturum esse. Expectatur deorum bellum exorturum esse tale quale in Aesch. Prom. vs. 199 sqq. commemoratur:

ἐπεὶ τάχιστ' ἤρξαντο δαίμονες χόλου
στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο,
οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἔδρας Κρόνον,
ὡς Ζεὺς ἀνάσσει δῆθεν, οἱ δὲ τοῦμπαλιν
σπεύδοντες, ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν κ. τ. λ.

Quod ab insequentibus fragmentis (114., 115. Abel), ubi Jupiter solus admodum ridicule Saturnum regno pellit, plane abhorrere neminem fugit. Dicat aliquis dirimi tenorem fragmentis 114., 115.; at non haec sed fr. 109—111 recentiora esse etiam pluribus argumentis comprobatur. Quotquot enim loci exstant in Graecorum poesi, quibus Δίκη cum Jove coniungitur, dependent ab Hes. op. 248 sqq. Quo loco huius quoque theogoniae auctorem usum esse comprobatur iis quae Proclus in Plat. Alcib. III p. 70 adnotat: πρὸ τοῦ κόσμου Δίκη συνάπτεται τῷ Διὶ· πάρεδρος γὰρ ὁ Νόμος τοῦ Διός, ὡς φησιν Ὀρφεύς. Ad idem alludunt quae legimus in Hermia ad Plat. Phaedr. p. 148 62, 9 Couvr.: καὶ ἡ μὲν ἐκεῖ Δίκη θυγάτηρ λέγεται τοῦ Νόμου τοῦ ἐκεῖ καὶ Εὐσεβείας. At in Orphicorum theogonia non iam Δίκη est πάρεδρος Jovis velut in Hes. op. vs. 259 aut in Soph. Oed. Col. 1382 Δίκη ξύνεδρος Ζητὸς ἀρχαίσι νόμοις, sed Νόμου persona interiecta Orphicum illum consulto ab ea quae tradi solebat regula discessisse constat. Sed quando ut hoc modo discederet fieri potuit? Omnium primus quantum quidem ego sciam Pindarus Νόμον personae vi instructum induxit (fr. 169 Bgk.)

Qui usus cum inde cito glisceret, sophistarum aetate Δίκην celeriter aboluit cf. Eur. Hec. 799 sqq., Soph. ap. Jambl. p. 101, 18. Sed mirum profecto — si hic Orphicorum locus VI. saeculo tribuendus esset — omnes illi loci a Pindaro dependent cf. Herodot. III 38, Soph. l. c., Platon. Gorg. p. 484 B, Dümmler Academ. 249. Ac necessitudine quadam — etiamsi alia atque apud Orphicos — Νόμος cum Jove et Justitia coniungitur primum apud Cynicos cf. Dion. Chrys. or. 75, 58 a: οὗτος ὁ τὴν γῆν ἡμέρον ποιῶν, ὁ τοῦ Διὸς θετός (Wil., estwos codd.) οὗτος . . . ἔτι δὲ καὶ παρθένου τῆς Δίκης οὐσης μόνος αὐτῆ διὰ σωφροσύνην σύνεστιν. Itaque Νόμος ut inter Jovem et Justitiam intericeretur, per sophistarum artem factum esse censendum est, id quod affirmatur Justitiae matre Εὐσέβεια (i. e. ratione recte colendi deos) quam ut est cogitatione ficta ante saec. V. ortam esse credi nequit (primum invenitur in Emped. fr. 4, 5 D.).

Sed ut hunc Orphicorum locum etiam recentiore esse statuamus, his argumentis movemur: quod Proclus in Plat. Tim. V 323 C dicit: καὶ γὰρ ὁ δημιουργός, ὡς ὁ Ὀρφεύς φησιν, τρέφεται μὲν ὑπὸ τῆς Ἀδραστίας, σύνεστι δὲ τῆ Ἀνάγκῃ, γεννᾷ δὲ τὴν Εἰμαρμένην, sermonis usu cogimur ὡς ὁ Ὀρφεύς φησιν in tres illas partes referre. Sed Adrasteam, Necessitatem, Fatum tam arte et inter se et cum Jove coniungere Stoicorum est cf. Plut. de Stoic. repugn, 47, 5: τὴν δ'Εἰμαρμένην αἰτίαν ἀνιχτην καὶ ἀχώλυτον καὶ ἀτρεπτον ἀποφαίνων αὐτὸς Ἄτροπον καλεῖ καὶ Ἀδράστειαν καὶ Ἀνάγκην καὶ Περωμένην, ὡς πέρας ἅπαν ἐπιθείσαν.

Neque vero hac solum argumentorum serie prohibemur hanc narrationem ante saec. III. ortam esse credere, sed etiam argumento quodam extrinsecus sumpto; versum enim Ἴδη τ'εὐειδῆς non prius confici potuisse quam εἰ monophthongus erat, paulo infra demonstrabo. —

Quis igitur Adrastea Jovis altrix fuerit discernere huius est disputationis: utrum attributum quoddam Cybelae per se positum ut vulgo existimatur (cf. Preller p. 538, Marquardt: Cyzicus und sein Gebiet p. 103 sqq., praecipue Posnansky: Nemesis und Adrasteia in Breslauer philol. Abhdlg. Bd. 5) an abstractio quaedam sive e philosophia sive ex opinione vulgari in mythologiam recepta ut Lehrs putat (Popul. Aufs.

2 p. 57) an concretum et separatum numen. Quae ut decernamus imprimis quantum pretii singulis testimoniis insit secundum aetatem iuvat examinare.

I. Ac primum quidem Callimachus Jovem parvulum a Dictaeis Meliis brachiiis tolli, ab Adrastea cunis aureis sopiri facit *) (hymn. i. Jov. vs. 46 sqq.); neque igitur dubium, quin Adrasteam nympham intellegat.

II. Sequitur Apollonius Rhodius Argon. III 132 sqq.

καί κέν τοι ὀπάσαιμι Διὸς περικαλλὲς ἄθρομα
κεῖνο, τό οἱ ποιήσε φίλη τροφὸς Ἀδρήστεια
ἄντροφ ἐν Ἰδαίῳ ἔτι νήπια κουρίζοντι,
σφαίραν εὐτρόχαλον, τῆς οὐ σύ γε μέλιον ἄλλο
χειρῶν Ἡφαιστοιο κατακτεατίσση ἄρειον.
χρύσεια μὲν οἱ κύκλα · τετεύχεται ἀμφὶ δ' ἑκάστω
διπλοῖαι ἀψίδες περιηγέες εἰλίσσονται.
κρυπταὶ δὲ ῥαφαὶ εἰσὶν · ἔλιξ δ' ἐπιπέδρομε πάσαις
κυανέῃ. ἀτὰρ εἴ μιν ἑαῖς ἐνὶ χερσὶ βάλουσι,
ἀστὴρ ὣς, φλεγέθοντα δι' ἡέρος ὄλκον ἔχουσιν.
τήν τοι ἐγὼν ὀπάσω.

Globum illum accurate descriptum non quodlibet esse puerile ludibrium, sed mundi imaginem apparet; apparet etiam illum Jovi non a qualibet altrice dari posse. Praeterea κείνο vocabulo indicatur opinionem illam notam esse; quam nota fuerit, vel hac re comprobatur, quod etiam Caracalla principe in nummis Adrastea fingitur quae Jovem infantem brachiiis fert globo humi posito (cf. Arch. Jahrb. III p. 290 et tab. IX 19). Hoc igitur ex Apollonii loco duo haec concludi possunt: primum cum inventio Jovis globi sensu careat, nisi eum mundum interpretaris, allegorica haec notio est principalis; deinde Adrasteam globo illo instructam quamquam nympham non esse apparet, tamen in suspensio est utrum globo addito e nymphā Necessitas mundi regina an ex Necessitate nymphā facta in Idaeο antro collocata sit. —

III. Quomodo in Orphicorum theogonia quam vocant rhapsodica Adrastea intellegatur, dubium esse non potest.

*) Falso Posnansky l. c. : „Nach Callim. h. i. Jov. 46 ff. sind Adrasteia und die dort ungenannte Ide, die beide den Namen Κορυβάντων ἐτάραι, Λιπταῖαι μελίαι haben, Wärterinnen des Zeus“.

Reputemus modo a Justitia, Lege, Pietate, a Necessitate, Fato eam circumdari; reputemus quid de ea paedicetur: ὥστε πάντας ἐπιστρέφειν εἰς αὐτὴν τοὺς θεούς. Neque quod Ἴδη soror appellatur, de mundana eius notione quidquam detrahit; nam illam quoque allegorice — ut ita dicam — intellegi hinc mihi apparere videtur, quod Ἴδη εὐειδής sine dubio verborum lusus est, — (quod igitur in Ἴδη ἰδέα aut tale quid assonat) — id quod ante saec. III. fieri nullo modo potuisse iam supra commemoravi; deinde hinc quod Amalthea tamquam ad desidiam adducitur. Nam Orphicum illum hominem eadem memoria mythographica usum esse atque Apollodorum I 1,5 manifestum est: καὶ τοῦτον μὲν δίδωσι τρέφεσθαι Κούρησι τε καὶ ταῖς Μελισσέως παῖσι νόμφαις, Ἀδραστεία τε καὶ Ἴδη. αὐταὶ μὲν οὖν τὸν παῖδα ἔτρεφον τῷ τῆς Ἀμαλθείας γάλακτι, οἱ δὲ Κούρητες ἔνοστροι κ. τ. λ. Neque vero Amalthea eum quidquam iuvare potuit. Nam quid in tanta voragine cogitationis profanae caprae lac ad demiurgum? Ac ne abstractio quidem ex Amalthea formari potuit; nam ad Neoplatonicorum ineptias ille poeta nondum progressus erat; itaque id quod solum ei restabat fecit: Melisso enim ipsi quoque concreto Amaltheam uxorem dedit.

IV. Apollod. l. c.

V. Schol. Rhés. 342. Ἀδραστεία μὲν ἰδικῶς τὴν Ἀδρ. Διὸς φησι παῖδα, ἄλλων τροφὸν τοῦ Διὸς φασκόντων. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Καρία Ἀδραστείας πεδίον ἀπὸ Ἀδράστου τοῦ βασιλέως, ἀφ' οὗ καὶ ὁ δαίμων. ἄλλοι δὲ Μελισσέως μὲν τοῦ Κρητὸς ἀδελφῆν Κυνοσούρας, Διὸς τροφόν. Καλλιμάχος ὅς ἐδ' ἐχοίμισεσεν Ἀδρήστεία λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ. ἔνιοι: ἐτέραν μὲν Ἀδραστεϊάν φασιν, ἐτέραν δὲ Νέμεισιν τὴν μὲν Ὠκεανοῦ φασιν εἶναι θυγατέρα, τὴν δὲ Διὸς καὶ Δήμητρος, γεννηθῆναι δὲ ἐν Ῥαμνοῦντι τῆς Ἀττικῆς. μὴ φθονήσειεν ἢ Ἀδραστεία ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι περὶ τοῦ Ἐκτορος ἢ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι λεχθῆναι, ὃ καὶ ἄμεινον.

VI. Plut. quaest. conv. 798, 41: ὁ μὲντοι πατὴρ τοσοῦτον ἐπέειπε τοῖς εἰρημένοισι, ὅτι δοκοῦσιν αὐτῷ καὶ οἱ παλαιοὶ τοῦ μὲν Διὸς δύο ποιεῖν τιθηνάς, τὴν Ἴτην (sic) καὶ τὴν Ἀδραστεϊαν κ. τ. λ.

VII. Hygin. fab. 182: Oceani filiae Idothea Amalthea Adrastea (alii dicunt Melissei filias esse) Jovis nutrices.

VIII. Prob. in Verg. Georg. I 205: Haedorumque dies. Adrastea capella, quae educavit Jovem cum haedis, ob hoc

beneficium in sideribus sacrata est. Horum quae attuli testimoniorum nullo nos cogi, ut Jovis altricem cum Cybele cohaerere putemus, nemo facile negabit. Sed ut insequentis disputationis campum tamquam planum reddam, singula tentabo argumenta, quibus Posnansky l. c. Jovis altricem eandem esse atque Cybelen demonstrare vult. Atque primum quidem ab initio duas illas deas unam esse dicit sic argumentatus: „Da Adrastea ursprünglich gleich Rhea-Kybele war, hatte sie auch den Anspruch, Zeus Mutter zu heissen. Als aber als solche in späterer Zeit Rhea allgemein anerkannt wurde, wurde Adrastea, nunmehr von Rhea-Kybele unterschieden, zur Amme des Gottes degradiert, gerade wie Leda zur Pflegerin der Helena“. Ad haec primum est respondendum, etiamsi aliqua Adrastea eadem esset quae Cybele, claudicare argumentum. Neque enim usquam Adrastea Jovis mater traditur sicut Leda vulgo Helenae neque Cybele nutrix.

Qua argumentatione Posnansky cum ea quae vellet se assecuturum non esse fortasse ipse intellexerit, novam aliquam Adrasteam ex Antimacho *) (Harpocr. s. v.) sibi fingit, quam sine ullo argumento eandem esse atque Cybelen contendit: „Wahrscheinlich ist Adrastea eine phrygische Gottheit und mit Rhea-Kybele identisch“. Deinde id agit, ut Jovis altricem etiam eandem esse atque illam aliam Adrasteam evincat, quod si evicisset, Jovis altricem etiam eandem esse atque Cybelen se comprobavisse ratus. Quae argumentatio quam incerta sit, quamquam neminem fugere potest, tamen quid Posnansky afferat examinemus. „Auch die Genealogie kennt beide Adrasteen als eine Person, indem sie sowohl die Amme des Zeus als die Göttin eine Tochter des Melisseus od. Melissos nennt cf. Charax **) bei Müller fr. 2. Apollod. I 1, 6. Hyg. fab. 182. Schol. zu Eur. Rhes. 332“. Quid Characi omnino tribuendum esset, Schwartz demonstravit. Sed ubi — quaero —

*) ἔστι δὲ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς ἣ τὰδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δὲ οἱ εἴσατο πρώτος
Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥέον Αἰοήπιου,
ἐνθα τετιμῆται τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

**) ἔστι δὲ καὶ Τρωάδος Ἀδράστεια τόπος, ἀπὸ Ἀδραστίας θυγατρὸς
Μελίσσου τοῦ Ἰδῆς τῆς πρώτου βασιλευσάσης ἐν Τροίᾳ, ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν
δευτέρα. St. B.

apud Characem de duabus Adrasteis agitur? Unam tantum agnosco atque eam quidem, quam bene novimus, Melissei filiam, Jovis altricem; quod ei ex sorore ratiocinatus aviam dedit Idam Troiae reginam, pragmaticae eius mythologiam scribendi rationi debemus. Neque minus de una tantum Adrastea in ceteris testimoniis agitur. Cur autem diversae Adrasteae sedes tradantur, infra apparebit. Hoc utique constat omnibus locis de una Adrastea Jovis altrice agi, nusquam de Cybele aut de alia Adrastea.

Sed Posn. unum argumentum addit: „Noch deutlicher ist die Identität bei Diog. v. Kyz., der die Göttin Adrastea eine der oresteiadischen Nymphen nennt cf. Steph. Byz. s. v. Ἀδράστεια *) und Hermias, der als Eltern sowohl der Nymphen wie der Göttin im Scholion zu Platons Phädrus 148 Melissos und Amaltheia nennt“ Posn. in iis quae Diogenes dicit quo iure deam agnoscat, non intellego. St. B. duas memorias affert, quarum altera contenditur χώραν Ἀδράστειαν nomen trahere ex Adrasto rege, altera i. e. Diog. Cyzicenus ex Adrastea nympha silvestri, quod epitheton hausit Diogenes e Phoronidis fr. ὄρειος Ἀδραστείας. Neque vero aut ὄρειη attributo nympha in Cybelen transformatur aut ullo verbo dictum est illam Adrasteam Jovis altricem esse. Itaque Diogenis Adrastea in neutram partem coniungitur neque aliud quidquam est nisi simplex nympha. Quid de Orphicorum loco iudicandum esset, iam supra dixi. Ceterum Posn. errorem committit, cum dicit: „Hermias nennt die Eltern Melissos und Amalthea“; quod Hermias nisi in Orphico exemplo invenisset, ut sapientia sua neoplatonica illa nomina interpretaretur, vix operam dedisset.

Hactenus ea argumenta, quae Posn. affert. Itaque cum Adrastea Jovis altrix nullo modo cum Cybele coniuncta sit, simplicius iam quaerendum: Adrastea utrum dea an abstractio?

Concedendum est Usenero — id quod dicit in libro qui inscribitur Griech. Götternam. p. 38 sqq. — saepius cum bina nomina inveniantur velut Λάμος Λάμια, Ἐκατος Ἐκάτη, haec putanda esse numina, quae a principio eodem opinionum

*) ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ χώρα Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστείας πεδίον, καὶ ἡ πόλις. Διογένης οἶτως ἐν πρώτῃ <περὶ> Κυζίκου φησὶν ἀπὸ Ἀδραστείας κεκλησθαι μῆς τῶν Ὀρεστειάδων νυμφῶν.

ambitu circumscripta fuerint, licet alterum in ea quam nos tenemus memoria heros e deo factum sit aut in nomina propria descenderit, sed minime recto pede stat haec ratiocinatio, si unum nomen ab altero derivatum est; tum enim vis genuina in solo prototypo.

Atque aliquo modo Adrasteam cum Adrasto cohaerere veteres iam scriptores suspicati sunt. Certe non moror in illis hariolationibus, quibus per fas et nefas Adrasteam cum Adrasto coniungere conati sunt velut Suid. s. v. *), Eust. in B 828 al. Graviora affert Antimachus eo quem supra commemoravi loco, ubi haec exhibet:

ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἴσατο πρῶτος
Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσὴποιο,
ἔνθα τετίμηται τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται. —

Quis est Adrastus? Rex Argivus qui in Thebarum ob-
sitione omnibus sociis interfectis ipse quamvis studeat 'fatum
effugere nequit', a terra enim una cum equis obruitur. Sic
certe poetae. Sed colitur idem Sicyone non parvis honoribus,
habet enim *θυσίας καὶ ὀρτάς* (Herod. V 67), nam οἱ Σικυώνιοι
ἔωθεσαν μεγαλωστί κάρτα τιμᾶν τὸν Ἄδρηστον . . . τά τε δὴ ἄλλα
οἱ Σικυώνιοι ἐτίμεον τὸν Ἄδρηστον, καὶ δὴ πρὸς τὰ πάθεα αὐτοῦ
πραγμοῖσι χοροῖσι ἐγέρσιρον, τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμούντες, τὸν δὲ
Ἄδρηστον. Quid autem est in eo qui ipse 'fatum effugere ne-
quit', quod tanta veneratione colatur, quid, quod petatur a
deo ex ipsius nominis indicio tam ignavo? — Solvitur haec
difficultas iis quae subsequuntur. Abolescit enim Adrasti
cultus, succedit Melanippi, cuius nomen et equi attributo et
colore equi infernalis dei esse aperte comprobatur. Alia igitur
vis genuina est Adrasti nominis: non 'is qui effugere fatum
non potest' **) vere est inferorum deus, sed 'is qui non potest
effugi'. Quae nominis vis ut in illam adeo contrariam transeat,
fit cum notionis ambiguitate tum ea re quod inferorum numina
fere semper non circumscripta tenentur inferorum regni finibus

*) Ἀδρήστεια οὖν Νέμεσις, ἀπὸ Ἀδράστου. ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν
εὐδαιμονησάντων, ἴστερον δὲ δυστυχησάντων τῶν γὰρ ἀπογόνων Θεβαίους
ἐπιστρατευσάντων μόνος Αἰγυαλὲὺς ἀπάλετο Ἀδράστον παῖς.

**) cf. Usener: Adrastos und Amphiarao (Wiener S.-B. 137 III 37).

(Bacchum affert Herodotus ipse) id quod in Adrastum quoque cadere πάθει eius quae vocantur comprobatur. Qua autem ratione altera notio evanescat altera elucescat, testimonio est alia Herodoti fabula, qua duae illae notionis partes in unum Adrastum cumulantur. Neque enim Argis tantum aut Sicyone haeret Adrasti nomen; plura etiam Adrasti vestigia in Asia inveniuntur. Id sane quod Usener suspicatur Adrestum et Amphium qui exstant in B 828—34 eosdem esse atque Adrastum et Amphiaraum (in Bethe Theban. Heldenlieder p. 65), de meo confirmare non audeo; nam in B Adrastus est eponymus eius quem poeta novit Adrasteae campi:

οἱ δ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ . .

τῶν ἤρχ' Ἀδρηστος . . . quod idem in eum Adrestum qui est in Z 51 sqq. cadere videtur; nam plura is qui Z libri initium confecit sumpsit nomina a locis Phrygiae velut Aesepe et Pedasi (vs. 21), quorum nominum altero flumen (B 825), altero oppidum (Z 35) indicatur, neque magis dubito, quin Πιδύτης Percosius (Z 30) nomen duxerit a Mysiae flumine quod vocatur Πιδος. Gravioris mihi momenti videtur, quod series Troianorum a Patroclo interfectorum in duos tantum versus distributa incipit ab Adrasto, clauditur a Melanippo (II 694/5); sed licet hoc quoque casui debeatur, necesse est Adrasteam oppidum ab Adrasto quodam nominatam esse, utrum ab homine an a deo, examinemus. Ac permulti quidem exstant Adrasti mortales cum in Phrygia tum in Caria (cf. Ramsay Cities and bishoprics of Phrygia I 1, 166), qui soli nihil faciunt ad rem, sed extare Attudae in oppido Cariae ludos quoque Adrasti apparet e B. C. H. 1890, 238, ubi legitur Ὀλόμ]πια Ἡράκλεια Ἀδράστια Ἀγαθῆ τόχη, quos Adrasto deo sacros esse pro certo habeo ex ea quam dixi Herodoti fabula (I 34 sqq). Hac enim in fabula Atyn non differre ab Atti qui ab apro caeditur iam diu notum est (cf. Hepding Attis p. 101). Sed ille ut fit ex deo homo fatum accipit quod effugere nequit: ferro eum periturum. Cavet utcumque potest; frustra. Pro fato huic est Adrastus; Adrastum igitur effugere nequit. Sed impendet etiam Adrasto fatum. Invitus patrem necavit, invitus necat Atyn. Sed hoc quam artificiose inventum sit, neminem fugit; quam pau'um ad rem faciat, poeta ipse indicat: nam non

Adrastus est princeps huius fabulae figura : 'νέμεσιν' hanc esse Croesi Herodotus ipse se dicit velle (I 34); quam ob rem post ipsum Solonis discessum haec fabula inseritur. Neque igitur quae sit genuina Adrasti vis iam dubitabimus. *) Adrastus Phryx est (ib. 35); Phrygiae oppidum est Adrastea; ab Adrasto igitur deo nomen duxit Adrastea oppidum et campus.

Huius igitur regionis nympa est Adrastea, nam ibi est eius ara cf. Strab. XIII 588: ἐκαλείπο δ' ἡ χώρα αὕτη Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστείας πεδίον, κατὰ ἔθος τι οὕτω λεγόντων τὸ αὐτὸ χωρίον διττῶς, ὡς καὶ Θήβην καὶ Θήβης πεδίον, καὶ Μυθονίαν καὶ Μυθονίας πεδίον. φησὶ δὲ Καλλισθένης ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς πρῶτος Νεμέσεως ἱερὸν ἰδρύσατο, καλεῖσθαι Ἀδράστειαν. ἡ μὲν οὖν πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ὁμίονομον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου καὶ Ἀρτέμιδος κατὰ τὴν * Πυκάτην · εἰς δὲ Πάριον μετηνέχθη πᾶσα ἡ κατασκευὴ καὶ λιθεῖα κατασπασθέντος τοῦ ἱεροῦ καὶ φθορομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμῶς . . . ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐδὲν ἱερὸν Ἀδραστείας δέικνυται, οὐδὲ δὴ Νεμέσεως, περὶ δὲ Κύζικον ἔστιν Ἀδραστείας ἱερὸν. Ἀντίμαχος δ' οὕτω φησὶν · ἔστι δὲ τις κ. τ. λ. cf. praeterea Phoron. fr. i. schol. Ap. Rh. I 1129:

ἐνθα γόητες

Ἰδαῖοι Φρόγες ἄνδρες ὀρέστεροι οὐκί' ἔναιον
Κέλμεις Δαμναμενεὺς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄχμων,
ἐντάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης κ. τ. λ.

Nihil igitur huic Adrasteae est cum Necessitate, nihil cum Adrasto ipso; sed nympa nomen accepit ab oppido, oppidum ab Adrasto.

Sed nimia inerat pellacia Ἀδραστείας nomini quam ut poetae non allicerentur, ut aliud ei subderent quam res erat. Ac vereor ne Athenienses cum saeculo V. Adrasteae voverent (C. J. A. I 210), aliud numen a se coli putaverint ac virginalem quendam Phrygiae regionis genium. Nam quod Posn. contendit Adrasteae nomen Necessitatis vim non assecutum esse nisi per Stoicos, hoc quoque errat (p. 72 „Wahrscheinlich war die Herleitung des Namens Adrastea von ἀποδιδράναι, sodass

*) Huius dei vim postea in deam harum regionum principalem transisse comprobari videtur monumento Attudensi B. C. H. 1887, 349: ἱερεῖα θεῆς Μητρὸς Ἀδράστου.

Adrastea die Unentrinnbare sei, wie sie meines Wissens zuerst Chrysippos deutet, die Ursache, dass Adrastea besondere Aufnahme in der stoischen und später der neuplatonischen Schule fand“). Quamquam enim ut in Phoronidis quod laudavi fragmento ita in Aesch. Niob. (Str. XII p. 78 σπεῖρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὄδον Βερέκυνθα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἔδος) ad genuinam Adrasteae et sedem et notionem alluditur, plane alia extat Adrastea in eiusdem poetae Promethei vs. 936

οἱ προσκυνῶντες τὴν Ἀδράστειαν σοφοί.

Haec Adrastea est Adrasti illius quem eruere conatus sum vere par et coniunx, sed nulla terra eam tulit, tulit eam poetarum ingenium. Et a poetis propagatur: testimonio est Platonis ille θεσμός Ἀδραστείας (Phaedr. p. 248 C), quo nihil aliud notatur nisi lex ἀδραστος et ἀπαράβατος.*) Quam vim moralem Antimachus primus nihil antiquius habuit quam ut illi nymphae imputaret in eo quod laudavi fragmento, cum Νέμεσιν eam diceret, neque deinde aut superioris aut inferioris Graecitatis fere quisquam extat, quin illum sit secutus; testes sunt Callisthenes (apud Strab. XII p. 588) et Callimachus (schol. Ap. Rh. I 1116 ὁ Καλλιμάχος ἐν ὑπομνήμασί φησιν, Νέμεσιν εἶναι τὴν τὸ πεδῖον κατέχουσαν). Ac ne te fallat unum vel alterum

*) Hunc sane locum Posn. omnino perperam interpretatur: „Da Adrastea ursprünglich identisch war mit Kybele, so war auch ihr Wirkungskreis ursprünglich ebenso gross. Kaum übertreibend sagt daher Antimachus von ihr: ἡ γὰρ πάντα πρὸς μακάρων ἔλαχεν. Als Rest dieser grossen Macht der Adrastea dürfen wir ihr Amt als Richterin im Totenreich ansehen. Nach Plato hat sie dort die Aufgabe, diejenigen Seelen, welche in der ersten Periode ihrer Existenz die Wahrheit gesehen und die Kraft haben, sich für immer untadelhaft zu führen, frei von Leid zu erhalten . . .“ Ubi simile unquam Adrasteae munus tribuitur? Adhibes fortasse Philostr. v. Apoll. VIII 7, 333, sed apparet hic solum ad Platonis locum alludi (τὸν = quem a Platone nostis), re vera igitur utrumque locum eundem esse. Ceterum non agi de mortuorum iudicio iam ex ea re concludi potest, quod non sunt mortuorum animae de quibus Plato verba facit et quod nihil de ulla actione Adrasteae dicitur, sed insequentis acc. c. inf. animae subiectum est. Cum toto dicto comparare licet Empedocl. fr. 115 D initium: ἔστιν Ἀνάγκης χρῆμα . . ., id quod Dielsium quoque comparasse video Vors. 2 21 C 1 p. 218, 28.

seiungere Ἀδράστειαν et Νέμεσιν *): de Phrygiae nympha nemo iam cogitat, et si interrogavisses eos quanam re differrent Nemesis et Adrastea, obticuissent opinor. Haec autem poetica Adrastea a Stoicis recepta evanuit in illam abstractionem quae a Neoplatonicis summum numen facta est.

Sed ne genuina quidem Adrastea aut formam aut modestam suam inter deas condicionem servavit. Iam enim Demetrius Scepsius Adrasteam eandem dicit atque Dianam : Harpocr. s. v. Ἀδράστεια· Δημήτριος ὁ Σκήψιος Ἄρτεμιν φησιν εἶναι τὴν Ἀδράστειαν. Qua autem de causa dixerit, non recte perspicit Claus in ea quae est 'de Dianae antiquissima apud Graecos natura' dissertatione, cum contendit utramque esse mortis deam. Hoc enim de Adrastea plane negandum esse vidimus. Sed illam 'silvestrem' Adrasteam simillimam fuisse virgini venatrici, quam in Adrastea terra cultam esse ex Strabone apparet, quis negabit?

Eodem vinculo neque ullo alio Adrastea cum Cybele coniungi potuit, potuit — dico, nam coniunctas eas esse nullum invenitur testimonium; itaque utramque deam ab initio eandem fuisse — hac conclusione nulla cogitari potest magis temeraria. Si aliquid e traditis testimoniis conici potest, fortasse Adrastea nympha facta est una e μητρὸς ὀρείης comitibus : quod augeretur quis ex illius Phoronidis fragmenti non tam ὀρείη voce, quod persaepe de nymphis usurpatur, quam e Dactylorum commemoratione, aut ex Aeschyli quod laudavi Niob. fragmento, ubi ipsa quoque Βερέκυνθα χώρον habitare dicitur; qua in regione Cybeles cultum floruisse constat aut e cultu Cyziceno **) qui a Strabone l. c. commemo-

*) Miller Mól. 382: Ἀδράστεια ἑτέρα τῆς Νεμέσεως Μένανδρος Μέθῃ Ἀδράστεια καὶ θεὰ συνθροπὲ Νέμεσι, συγγινώσκει.

**) Adrasteae cultus quomodo propagatus sit Cyzicumque pervenerit, Marquardt parum credibiliter interpretari mihi videtur, cum dicit (Cyzicus u. sein Gebiet): „Später wurde Adrastea in den Mythenkreis von Cyzicus gezogen. Es heisst nämlich, dass die Wärterinnen des Zeus, Helike und Kynosura, welche letztere nach dem Schol. des Rhes. der Adrastea Schwester ist, nicht, wie Arat berichtet, in Kreta, sondern zu Cyzikus in Bärinnen verwandelt seien, und von ihnen das Ἀρκτων ἕρος den Namen bekommen habe (schol. Ap. Rh. I 936, 941)“; sed aetiologica quadam narratiuncula, quae eo ubi postea haesit sine ullo iure delata est, hoc factum esse, ut ei deae, ad quam illa narratiuncula de ursarum mutatione minime pertinebat, sed quae uno tantum loco alterius nymphae soror vocatur, scilicet quod ipsa quoque Iovis nutrix est, templum voveretur, omni caret probabilitate.

ratur; sed haec somnia vana neque ulla fide fundata.

Revertamur igitur eo unde initium fecimus : ad Jovis altricem. Nam quod vel priusquam testimonia exstant de Adrastea Jovis altrice, unum eam Jovis filiam reddit, nihil ad rem, cum abstractionem eam intellegi appareat : Rhes. 342, id quod explicatur per Plut. de sera num. vind. 564 B 22: Ἀδράστεια Ἀνάγκης καὶ Διὸς θυγάτηρ. In fabula autem Cretensi omnibus demonstratur indicium advenam esse Adrasteam. Quod enim pater eius nominatur Melisseus (Apollod. I 1,6 Zenob. II 48 schol. Rhes. 342 cet.), quam debile sit hoc vinculum, nemo ignorat : nam huius patris filia Adrastea est tamquam adoptiva, naturalis filia est Melissa adeo ut pater ipse huic tantum filiae vitam debeat. Itaque ne haec quidem Adrastea quo referenda sit dubium est. Idam enim quae fertur soror eius saltus non solum Cretae, sed etiam Phrygiae nympham esse constat, i. e. eius regionis, ubi non solum Iovis infantiam, sed etiam Adrasteam de qua supra explicavimus collocatam fuisse scimus; itaque nympa illa Phrygia in ea quae ferebatur de Iovis incunabulis Asiatica fabula una cum Ida Iovis alrix fuit, deinde per Idam in Cretensem fabulam invasit, postremo per philosophorum interpretationes in abstractionem mundique reginam dilatata est, qualem eam apud Apollonium Rhodium, Hermiam, alios invenimus.

Caput II.

De Amalthea.

Omnibus gentibus communis est opinio esse quiddam quod qui possideat sine labore et tamquam nutu eum sibi parare posse quaecumque cupit, velut de Fortunati sacculo Celstarum, de mensula prodiga Germanorum hic mentionem tantum facio, plura invenies in Dasent : Popular tales of Norse p. XCV. Tale instrumentum quod nostri homines 'Wunschding' nominare consuerunt apud Graecos Amaltheae cornu fuisse cum ex aliis testimoniis manifesto appareat tum ea quae Pherecydes dicit (fr. 37) claram afferunt lucem : τοῦτο (scil. τὸ κέρασ) δύναμιν ἔχει τοιαύτην ὥστε βρωτὸν ἢ ποτόν, ὅπερ ἂν εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονον. Quam vim ac notionem si accurate et ad verbum acceperimus, ita demum persentiscimus quid Anacreon canat (fr. 8)

ἐγὼ τ' ἂν οὔτ' Ἀμαλθέης
βουλοίμην κέρασ, οὔτ' ἔτεα
πεντήκοντά τε κάκατόν
Ταρτηρσοῦ βασιλεύσαι,

ita intellegitur Phocylideum quoque illud (fr. 7):

χρητίζων πλούτου μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ·
ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν Ἀμαλθείης κέρασ εἶναι,

id est : agrum δύναμιν ἔχειν τοιαύτην ὥστε βρωτὸν ἢ ποτόν, ὅπερ ἂν εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονον.

Quod ut urgeam, movet me Dionysius Scytobracchion, qui apud Diod. III 68 haec exhibet: ἐπιόντα δὲ (scil. τὸν Ἄμμωνα) τὴν βασιλείαν εὗρεῖν πλησίον τῶν Κεραυνίων καλουμένων ὄρων παρθένον τῆ κάλλει διαφέρουσαν Ἀμάλθειαν ὄνομα. ἐρασθέντα δ' αὐτῆσ καὶ πλησιάσαντα γεννήσαι παῖδα τῷ τε κάλλει καὶ τῇ ῥώμῃ θαυμαστόν, καὶ τὴν μὲν Ἀμάλθειαν ἀποδείξαι κυρίαν τοῦ συνέγγυσ τόπου παντός, ὄντος τῆ σχήματι παραπλησίου κέρατι βοός . . . τῆσ δὲ προειρημένησ γυναικός τὴν δυναστείαν παραλαβούσῃσ ἀπὸ ταύτῃσ

τὴν χώραν Ἀμαλθείας κέρας ὀνομασθῆναι . διὸ καὶ τοὺς μεταγενεστέ-
ρους ἀνθρώπους διὰ τὴν προσηρημένην αἰτίαν τὴν κρατίστην γῆν καὶ
παντοδαποῖς καρποῖς πλήθουσιν ὡσαύτως Ἀμαλθείας κέρας προσαγο-
ρεῖσιν. Cui etiamsi concedis illa aetate certas regiones frugiferas
nominatas esse Ἀμαλθείας κέρας, hic usus a principali longe
alienus et comparativo tantum Phocylidis dicto in rem ipsam
translato ortus est. Hac autem re differt Amaltheae cornu a
similibus ceterarum gentium instrumentis, quod apud Graecos
quamquam homines quoque cornu illud aut habere aut recusare
posse vidimus, habent tantum immortales; qua re statim a
propria sua vi ita decedit, ut tamquam insigne fiat ubertatis
ac benignitatis eius qui tenet: nam homines inde hauriunt,
fundunt di.

Tenet igitur cornu illud vel saeculo VI. Fortuna (Paus.
IV 30), tenet Hercules -- unde cornu illud praefractum ad
Herculem, quaerebant homines qui statuas eius inde a saeculo
V. cornu copiae instructas videbant; vicit Acheloum βούπρωρον,
cui cornu praefegit, respondet quispiam. Itaque quamvis re-
center illa fabula de Acheloi certamine narrata in Aetolia
collocata sit, recentius ficta est haec narratiuncula mere aetio-
logica, nam βούπρωρος est fluvius, non Oceanus. Itaque utrum
dicant Acheloi cornu ipsius a Hercule teneri (Ov. met. IX
85 sqq. Hyg. fab. 31. Philostr. iun. 4) an cornu Amaltheae
idem esse atque Acheloi (Diod. IV 35, 4 i. e. Matris, Strabo
X 458 Dion. Chrys. LXIII 7) an Acheloum Herculi Amaltheae
cornu dedisse, ut suum recuperaret (Pherec. fr. 37 schol. Il.
XXI 194) — ad nos non pertinet hilum. Hoc iam videbis:
quis fuerit Fortunatus ut e Fortunati sacco non comperimus,
cum hic illic terrarum sacculus appareat, ita de Amalthea ex
Amaltheae cornu nihil discimus. Unum hoc licet e monumentis
augurari Cretensium in usu cornus vim quam statui primitivam
iam Mycenaica quam vocant aetate fuisse, id quod apparere
videtur in ea arca quae Hagiae Triadae inventa est cf. v.
Duhn, Arch. f. Rel.-W. VII p. 269: „Zusammenfallend mit
der äusseren Vorderkante dieses „Altars“ trennt eine vertikal
die ganze Bildfläche durchschneidende Wellenlinie den weissen
Grund von einem blauen Hintergrunde, von dem sich drei
männliche Gestalten wirkungsvoll abheben, die von links

herankommen, um dem Toten Geschenke zu bringen. Die drei Männer haben teilweise nackten Oberkörper . . . Der erste trägt mit beiden Händen ein grosses Horn, die Spitze weit vor sich hin haltend; Paribeni vergleicht die Gestalt mit dem emporgeschwungenen Ende eines Schiffes, jedoch nur um die Form klar zu machen . . .“ Sed cum haec opinio partim certo pede stet quam ut quicquam inde effici possit, aliunde initium est capiendum. —

I. Αἰξ ἱερή (τὴν μὲν τε λόγος Διὶ μαζῶν ἐπισχεῖν,
'Ὀλευνίην δέ μιν Αἶγα Διὸς καλέουσ' ὑποφῆται).

Haec verba Arati quae sunt in Phaenom. 163. 4. non sine specie Maas in Arateis (p. 341 sq.) adiungit eis quae legimus in vs. 30 sqq.

II. εἰ ἐτεόν δῆ

Κρήτηθεν κείναι γε Διὸς μεγάλου κ. τ. λ.,

de quibus astris in schol. Arat. 46 haec exhibentur : φέρεται δὲ περὶ τοῦ Δράκοντος Κρητικὸς μῦθος, ὡς ἄρα ἐπιόντος ποτὲ τοῦ Κρόνου ὁ Ζεὺς εὐλαβηθεὶς ἑαυτὸν μὲν εἰς δράκοντα μετεμόρφωσε, τὰς δὲ τροφούς εἰς ἄρκτους, καὶ ἀπατήσας τὸν πατέρα μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν τὸ συμβᾶν ἑαυτῶ τε καὶ ταῖς τροφοῖς τῶ ἀρκτικῶ ἐνεστήριξε κύκλω.

III. Addit Maass historiolum quae de Capricorno narratur, quam cum infra latius digressus emendaturus sim, secundum codicum scripturam exhibeo (Erat. cat. XXVII R.): Αἰγόκερω· οὗτός ἐστι τῶ εἶδει ὁμοῖος τῶ Αἰγίπανι. ἐξ ἐκείνου γὰρ (Wil., δὲ codd.) γέγονεν. ἔχει δὲ θηρίου τὰ κάτω μέρη καὶ κέρατα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. ἐτιμήθη δὲ διὰ τὸ σύντροφος (σύντροφον B V) εἶναι τῶ Διὶ καθάπερ Ἐπιμενίδης ὁ τὰ Κρητικὰ ἱστορῶν φησιν ὅτι ἐν τῇ Ἰδίῃ συνῆν αὐτῶ ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐστράτευσεν. οὗτος δὲ δοκεῖ εὐρεῖν τὸν κόχλον ἐν ᾧ τοὺς συμμάχους καθώπλισεν διὰ τὸ τοῦ ἤχου Πανικόν καλούμενον ὁ οἱ Τιτᾶνες ἔφρευον. διὰ δὲ τὸ (add. Bernhardy) τὸν κόχλον ἐν τῇ θαλάσῃ εὐρεῖν (add. Heyne) παράσημον ἔχει ἰχθύος.

IV. De quibus testimoniis ut plane iudicetur adicienda sunt quae de Ariadnae corona leguntur in Hygin. II 5 (cf. schol. German. B P p. 61, 12. Rob. l. c. p. 66, 67): 'sed ut ait qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa venit cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei pro munere dedit; qua delectata non recusavit condicionem. dicitur etiam a Vulcano facta ex auro et Indicis gemmis; per quas Theseus

existimatur de tenebris labyrinthi ad lucem venisse, quod aurum et gemmae in obscuro fulgorem luminis efficiebant'.

Quodsi tria haec posteriora fragmenta unius esse scriptoris commotus ipsa titulorum similitudine qui afferuntur 'Κρητικός μῦθος' aut 'Ἐπιμενίδης ὁ τὰ Κρητικά ἱστορῶν' aut 'qui Cretica conscripsit', primum autem eiusdem esse probabile certe non negaveris, quaestio oritur quid sit iudicandum de Epimenide illo eiusque libro.

Inquiramus in singula. Atque primum quidem quid rei est in fabula illa quae de Helice et Cynosura narratur? Has esse nymphas Idaeas Epimenides dicit, Aglaosthenes confirmat*) (schol. German. B P p. 59, 5, p. 56 R.); at fueruntne semper? Helice non est in Creta, et Cynosurae illi quam Aglaosthenes (Catast. II) tam confidenter dicit portum Historum nescio cuius oppidi conditum a Nicostrato quid faciam omnino ignoro; iuvabit nos hoc solum, si Helicen et Cynosuram invenerimus quam proxime inter se distantes potissimum in terra quadam quae Jovis incunabulis gloriatur et si di volunt ut ursas. Quid quod ursae cultus haeret in Arcadia, quod Arcadia iactat se tulisse Jovem infantem, quod in Arcadia sitae sunt Helice et Cynosura? Hoc enim comprobatur Stephani Byz. testimonio: Κυνόσουρα, ἄκρα Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κυνοσούρου τοῦ Ἑρμοῦ, illud pro certo concluditur ex eis quae exhibentur in schol. Pind. Ol. VI 144: Φιλοστέφανος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυλλήνης φησὶ Κυλλήνην καὶ Ἑλίαν θρέφαί (scil. Mercurium), quo ex testimonio num efficiemus, ut Arcades suum deum ab urbe Aethiopiae nutritum esse putaverint ac non potius hoc Helicen quae cum Cyllene in nutriendo Arcadico deo coniungitur idem fuisse atque Cyllenen et Cynosuram, ἄκρα dico τῆς Ἀρκαδίας? Ac ne ulla haereat

*) Confirmat tantum, non invenit Aglaosthenes, id quod Robert p. 25, 26 mavult. Nam quae e schol. Arat. 46 et ex Erat. cat. XXX Aglaostheni restituisse sibi videtur quaeque sic circumscibit 'Saturnus Jovem puerum in Creta quaerit; quas insidias ut effugiat, ille nutrices in ursas, se ipsum in draconem vertit. at Saturnus a quaerendo non desistit; quare Jupiter Naxum defertur', haec 'quam mire inter se convenient' ego non video. Nam si Jupiter in Creta sub serpentis forma non satis tutus fuit, eritne Naxi sub divina? Nulla autem alia de causa Naxi collocat Aglaosthenes Jovis infantiam nisi quia *Ναξικά* scribit; alterum igitur, *Κρητικός* ille *μῦθος*, est Epimenidis qui dicitur, alterum Aglaosthenis.

dubitatio, interdicatur loco illo Theocriteo (I 125), de quo me monet v. Wilamowitz, quo loco Pan citatur ὃ Πάν Πάν. εἴτ' ἔσσι κατ' ὄρεα μακρὰ Λυκαίῳ εἴτε τῷ ἀμφιπόλεις μέγα Μαινάλων. ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον τᾶν Σικελάν, Ἐλίκας δὲ λίπε ρίον αἰπύ τε σάμα τῆγο Λυκαονίδας . . . Itaque quamquam non pro certo habeo nymphas has montanas Arcadiae ursarum formam inisse, cum Jovem infantem nutrent — veri autem est simillimum praesertim cum Callisto nympham ipsam quoque ursam quam Hesiodus in astrum illud maioris ursae mutatam finxit hoc loco cedere videamus Helicæ — hoc tamen constat aluisse Helicen et Cynosuram in Arcadia Jovem sicut Idam et Adrasteam in Phrygia.

Sed priusquam explicare conor ubi terrarum Aegipanem Jovis collactaneum fuisse credendum sit, pauca sunt praemitenda de Jovis infantis in Arcadia non cultu, sed fabulis; colitur enim infans Juppiter numquam in Arcadia; neque magis Rhea primitus in Arcadia culta est; sed hoc ut evincam contra Immerwährii opinionem quam expressit in libro de Arcadiae cultibus scripto, primum quidem is examinandus est cultus quo solo atque unico fruitur, Methydrianum dico, de quo Pausanias haec exhibet (VIII 36, 2): τὸ δὲ ὄρος τὸ Θαυμάσιον καλούμενον κεῖται μὲν ὑπὲρ τὸν ποταμὸν τὸν Μαλοῖταν, ἐθέλουσι δὲ οἱ Μεθυδριεῖς τὴν Ῥέαν, ἥνικα τὸν Δία εἶχεν ἐν τῇ γαστρὶ, ἐς τοῦτο ἀφικέσθαι τὸ ὄρος, παρασκευάσασθαι δὲ αὐτῇ καὶ βοήθειαν, ἣν ὁ Κρόνος ἐπ' αὐτὴν ἔη, τὸν τε Ὀπλάδαμον καὶ ἄλλους ὅσοι περὶ ἐκεῖνον ἦσαν Ἰγαντες· καὶ τεκεῖν μὲν συγχωροῦσιν αὐτὴν ἐν μοῖρᾳ τινὶ τοῦ Λυκαίου, τὴν δὲ ἐς τὸν Κρόνον ἀπάτην καὶ ἀντὶ τοῦ παιδὸς τὴν λεγομένην ὑπὸ Ἑλλήνων ἀντίδοσιν τοῦ λίθου γενέσθαι φασὶν ἐνταῦθα· ἔστι δὲ πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους σπήλαιον τῆς Ῥέας, καὶ ἐς αὐτὸ ὅτι μὴ γυναῖξί· μόνας ἰεραῖς τῆς θεοῦ, ἀνθρώπων γε οὐδενὶ ἐσελθεῖν ἔστι τῶν ἄλλων. Maxime hic sunt observatione digna quae leguntur 'καὶ τεκεῖν μὲν συγχωροῦσιν αὐτὴν ἐν μοῖρᾳ τινὶ τοῦ Λυκαίου': Jovis igitur incunabula non stant in Thaumasio. Deinde quis est ille Hopladamos qui appellatur Rhaeae tamquam par et socius? Quod ut appareat adhibenda est ea Arcadiae inscriptio in qua inter viros aliarum Mantineaee tribuum (Ἐπαλείας, Ἐνωαλίας, Ποσειδαίας) nominantur viri Ὀπλοδμίας (Coll.-B. I 1203). Et quod facile conicias a deo illam tribum nomen trahere, id pro certo esse habendum cognoscitur ex Aristot. de part. an. III 10, 673 a 19,

qui cum de Arcadia dicit, mortem commemorat τοῦ ἱερέως τοῦ ὀπλοσμίου Διός. Ac ne hoc quidem obscurum ubi Arcadiae ille deus cultus sit; exstat enim in parietinis Orchomeni fragmentum tabulae (Dittenb. 178), ubi haec leguntur: περὶ δὲ τὰς τραπεζὰς τὰς χρυσέας τοῦ Διὸς τοῦ Ὀπλοσμίου, ἀγ καταθέντος ἐνέχυρα οἱ Μεθοδρῆεις οἱ μετοικήσαντες εἰς Ὀρχομενόν. Methydrii igitur est Ζεὺς Ὀπλοδμῖος (ita Arcadice), Methydrii est Pausaniae gigas Ὀπλάδαμος. Iam igitur hos eosdem esse quis negabit? Ergo cum teneamus Methydrianum deum Ὀπλοδμῖον quod postea tamquam attributum Jovi adiungitur, quid est censendum de illa pare eius? Estne profecto Rhea? — Legimus in Lycophr.

613/4 haec: τόμβος δ' αὐτὸν ἐκώσσει μόρου

Ὀπλοσμίας, σφαγαῖσιν ἠὲ τρεπισμένον.

schol. ὁ ναὸς δὲ αὐτὸν τῆς Ὀπλοσμίας, ἦτοι τῆς Ἀθηναίας τοῦ θανάτου ἐκώσσει.

Deinde 856 sqq.: ἤξει δὲ Σίριν καὶ Λακινίου μυγούς,
ἐν οἷσι πόρτις ὄρχατον τεύξει θεᾶ
Ὀπλοσμῖα φυτοῖσιν ἐξησχημένον.

schol. ἐν οἷς τόποις ἡ Θέτις κῆπον τῆ θεᾶ Ἥρα κατασκευάσει.

Tzetz. ad vs. 858 Ὀπλοσμῖα ἐπίθετον Ἥρας, τιμωμένης ἐν Ἥλιδι. —

Ζεὺς Ὀπλοσμῖος et Ἥρα Ὀπλοσμῖα, Ὀπλοδμῖος deus et Ὀπλοδμῖα dea — quis dubitat quin arte cohaereant, quis negabit eam sedem qua Ὀπλοδμῖος utitur tamquam genuina sedem esse Ὀπλοδμίας? Non igitur primitus floruit Rhaeae et Jovis Hoplosmii cultus Methydrii tamquam unius paris; Rhea usurpavit tantum cultum vetustioris deae ut alibi Juno, fortasse Minerva, sicut Juppiter successit vetustiori deo.

Occupavit autem Rhea non hunc solum cultum, sed etiam fabulas veteris Arcadiae. Testimonio est Paus. VIII 8,2: ὑπερβάς δὲ οὐ πολὺ ἐς ἕτερον καταβήσῃ πεδίον· ἐν τούτῳ δὲ παρά τὴν λεωφόρον ἐστὶν Ἄρνη καλουμένη κρήνη κ. τ. λ. — De conamine illo explicandi per id quod dicunt αἴτιον Arnes nomen non curo; nascitur Neptunus, equus ergo; num a Rhea? Equus opinor non nascitur nisi ex equa sicut Arion equus ex Erinnye equa; Arion equus mansit, pariendi munus cessit in Cererem, de qua tum mirabilia narrantur (Paus. VIII 25, 4); Neptunus equus non mansit; quanto facilius putas pariendi munus in Rheam cessisse, cuius vulgo filius credebatur?

Ceterae omnes Rheae fabulae aut ei tempori quod antecessit *) partui aut ei quod est secutum (cf. Paus. VIII 41, 2 28, 2) adfixae nimis manifesto sunt aetiologici quod dicunt generis quam ut diutius in iis morer; sed omnes paene digitis monstrant in fabulam eam quae de Jovis partu ferebatur, in quam iam diligentius inquirendum est.

Nascitur Juppiter in Arcadia, sed neque ulla religione colitur Juppiter infans neque de infantia eius ulla fertur fabula; natum eum esse apud se — id ipsum et solum Arcadum interest. Neque quibus de causis hoc mordicus tenuerint, fugiet eum qui reputaverit, ubinam Arcades eum nasci voluerint. Nihil enim dico de Jovis Lycaei antiquissimo cultu. Quid autem mirum quod eo ipso loco quo eius sanctissimum est templum **) celebranturque ludi ***) natus dicitur Juppiter eiusque nutrices fontes feruntur illius regionis Neda, Thisoa, Hagno (Paus. VIII 38, 3). Hoc iam per se facile intellegeretur, sed ne quid maneat dubitationis, unde arcessiverint Arcades Jovis ineunabula, artius circumscribitur ea regio quae fovet infantem: antrum dico Cretaeum (Call. h. Jov. 34), de quo Paus. haec exhibet (VIII 38, 2): ἐν ἀριστερᾷ δὲ τοῦ ἱεροῦ τῆς Δεσποίνης τὸ ὄρος ἐστὶ Λύκαιον . . . τραφῆναι δὲ τὸν Δία φασὶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ· καὶ χώρα ἐστὶν ἐν τῷ Λυκαίῳ Κρητέα καλουμένη — αὕτη δὲ ἡ Κρητέα ἐστὶν ἐξ ἀριστερᾶς Ἀπόλλωνος ἄλσους ἐπίκλησιν Παρρασίῳ — καὶ τὴν Κρήτην, ἔνθα ὁ Κρητῶν ἔχει λόγος τραφῆναι Δία, τὸ χωρίον τοῦτο εἶναι καὶ οὐ τὴν νῆσον ἀμφισβητοῦσιν οἱ Ἀρκάδες.

Arcades igitur ut fingerent ad Cretensium exemplum narratiunculas de Jove et Rheae, quae dea praeter duas illas fabulas quas ad originem suam reducere studui artissime cum Jovis origine cohaeret, adducti sunt eo quod suum deum apud se natum esse volebant, adiuti sunt nominis similitudine. Sed haec fabula cum constare videatur tamquam principalis et

*) Paus. VIII 10, 1—4 ἰπὲρ δὲ τοῦ σταδίου τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀλῆσιον, διὰ τὴν ἀλὴν ὣς φασὶ καλούμενον τῆς Πέας.

**) schol. Eur. Or. 1647 Πελαγὸς . . . νῦν ἔσχε Λυκάονα δὲ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερὸν εἶσατο ἐν Παρρασίᾳ.

***) Pind. Ol. IX 102: τὸ δὲ Παρρασίῳ στρατῷ θανμαστός ἐὼν φάνη Ζηνὸς ἀμφὶ πανόγῳρον Λυκαίου.

disertis testimoniis tradita, nutricium nomina variant, velut Oenoe tenet Jovem infantem ap. Paus. VIII 47, 3: εἰργασμένα δὲ ἐπὶ τῷ βωμῷ (Minervae Aleae) Πέα μὲν καὶ Οἰνότη νύμφη παιδα ἔτι νήπιον Δία ἔχουσιν· ἑκατέρωθεν δὲ εἰσι τέσσαρες ἀριθμόν, Γλαύκη καὶ Θεισσία καὶ Ἀνδρακία, τῇ δὲ Ἰδῆ καὶ Ἀγνὸ καὶ Ἀλκινόη καὶ Φριζα, velut Helicen et Cynosuram variis e testimoniis elicuimus; eam iam adeamus memoriam quam supra attuli de Capricorno.

Quae cum maxime intersit quatenus tribuatur Epimenidi, singula examinemus.

ἐπιμήθη δὲ διὰ τὸ σύντροφος εἶναι τῷ Διὶ καθάπερ Ἐπιμενίδης ὁ τὰ Κρητικά ἱστορῶν φησιν ὅτι ἐν τῇ Ἰδῆ συνῆν αὐτῷ ὅτε ἐπὶ τοῦς Τιτάνας ἐστράτευσεν οὗτος δὲ κ. τ. λ.

Atque primum quidem Aegipan appellatur collactaneus Jovis. Quo iure? An Aegipan natus est in Creta? Minime. Natus est inter Arcades, quorum deus est, in eodem Lycaeo monte (cf. Pind. ap. Serv. ad Verg. Georg. I 116) atque Juppiter, nutritus est ab eadem Oenoe nympha (Paus. VIII 30, 3). Ac ne somnia tibi proferre videar rato nullam esse memoriam in Arcadia Jovem a capra nutritum esse: ecce memoria exstat in schol. Arat. 156: ὁ δὲ μῦθος οὕτως ἔχει ὅτι ἡ Αἰξ αὕτη γυνή ἦν Ἀρκαδική, ἣτις ἀνέθρεψε τὸν Δία. καὶ φασιν, ὅτι μετὰ θάνατον λαβῶν αὐτῆς τὸ δέρμα κατὰ τὴν συνείλησιν περιέθετο καὶ αὐτὴν κατηστέρησεν.

Nulla igitur restat dubitatio, quin Aegipan Caprae filius collactaneus Jovis indidem accesserit ad Jovis incunabula atque Helice et Cynosura. —

ὅτι ἐν τῇ Ἰδῆ συνῆν αὐτῷ ὅτε ἐπὶ τοῦς Τιτάνας ἐστράτευσεν. οὗτος δὲ δοκεῖ εὐρεῖν τὸν κόχλον κ. τ. λ.

Pan adest Jovi Jovisque sociis bellum inferentibus Titanis, invenit cochleam, fugat Titanos inaudito sonitu. Mirati quo fiat ut Pan tamquam primas partes agat in Titanorum bello, circumspiciamus quibus e principiis conflata sit haec fabula; Panem enim esse ducem et servatorem Jovis exercitus nulla alia est memoria, sed dux et servator est Bacchi (cui quam arte adscriptus sit nemo nescit) in eo quod Megasthenes invenit bello Indico. Reperitur haec fabula in Polyaei strat. I 2: Διογόνου στρατηγός ἦν Πάν. οὗτος πρῶτος τάξιν εἰρεν, φά-

λαγγα ὠνόμασε, κέρασ ἔταξε δεξιὸν καὶ λαίον. ταύτῃ τοι ἄρα κερασ-
φόρον τὸν Πᾶνα δημιουργοῦσιν. ἀλλὰ δὴ καὶ πρῶτος οὗτος πολεμίοις
φόβον ἐνέβαλε σὺφ'α καὶ τέχνῃ. ἦν * * Διονύσω ἐν κοίλῃ νάπη·
ἤγγειλαν οἱ σκοποὶ μυρίαν χεῖρα πολεμίων ἐπέκεινα στρατοπεδεύειν·
ἔδρασε Διόνυσος, οὐ μὴν ὄ γε Πᾶν, ἀλλὰ ἐστίμηγε νόκτωρ τῇ Διονυ-
σιακῇ στρατιᾷ ἀλαλάξαι μέγιστον. οἱ μὲν ἠλάλαξαν, ἀντήχησαν δὲ
αἱ πέτραι καὶ τὸ κοῖλον τῆς νάπης ἦχον πολλῶ μείζονος δυνάμεως
ταῖς πολεμίοις ἐνεποίησεν. οἱ μὲν δὴ φόβῳ πληγέντες ἔφρευον. cf.
Luc. Bacch. 4.

Sed quid hoc ad Jovem bellumque Titanorum? Apparet
id ex iis quae legimus ex Eratosthene exhibita in Hyg. astr.
II 23: 'Dicitur etiam alia historia de asellis. Ut ait Erato-
sthenes, quo tempore Juppiter, bello gigantibus indicto, ad eos
oppugnandos omnes deos convocasset, venisse Liberum patrem,
Vulcanum, Satyros, Silenos asellis vectos. qui cum non longe
ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse et ita pro se
quisque magnum clamorem et inauditum gigantibus fecisse, ut
omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint et ita
sint superati'.

Admiscetur hic notissimae illi fabulae qua Vulcanus
fertur in Olympum introisse argumentum eius memoriae quae
est de Bacchi sociorumque bello et victoria, cuius gloria cum
id agatur ut explicetur Asellorum sidus iure tribuitur asellis.
Quid igitur mirum quod in explicando Capricorni nomine ac
notione eodem iure eiusdem victoriae decus vindicatur alii quem
novimus Bacchi socio et legato, Pani?

Deest cochlea tantum. Sed ne de hac quidem diu dubi-
tabimus. Pergit enim Hyginus l. c. 'huius similis est historia
de bucino Tritonis. Nam is quoque fertur, cum concham in-
ventam excavasset, secum ad gigantas tulisse et ibi sonum
quendam inauditum per concham misisse; hostes autem veritos
ne qua esset immanis fera ab adversariis adducta, cuius esset
ille mugitus, fugae se mandasse, et ita victos in hostium po-
testatem pervenisse'.

Per tres igitur has fabulas tamquam per gradus Pan
ascendit ad eas partes quas apud Pseudo-Eratosthenem in
Titanorum bello agit.

Sed nihil huic Pani esse cum Jovis illo Arcadico col-

lactaneo nemo est quin intellegat. Duae igitur afferuntur ca-
tasterismi causae, altera pietatis erga nutricem et tamquam
amoris fraterni: ἐπιμήθη δὲ διὰ τὸ σύντροφος εἶναι τῷ Διί, qua de
causa etiam haedos, ipsos quoque Jovis collactaneos, a Jove
inter astra collocatos esse Parmeniscus dicit Hyg. astr. II 13
(‘itaque propter beneficium matris et haedos quoque dicitur
inter sidera collocasse’); altera gratiae Titanorum victori
habitae; altera igitur est fabula Arcadum, altera adicitur con-
glutinata post Megasthenis aetatem ex partibus illarum
trium fabularum, de quibus supra disputavi. Itaque non in-
disiunctas afferre licet has duas fabulas; manca igitur codicum
lectio; deest copula disiunctiva. Quam opinionem non carere
testibus apparet ex Hyg. astr. II 28: ‘Huius effigies similis
est Aegipani. quem Jupiter, quod cum eo erat nutritus, in
sideribus esse voluit, ut capram nutricem, de qua ante diximus.
hic etiam dicitur, cum Jupiter Titanas oppugnaret, primus
obiecisse hostibus timorem . . .’, apparet maxime perspicue ex
iis quae exhibet schol. German. Gp. 155, 19: ‘quem fabulae
a Jove inter astra collocatum ferunt propter capream matrem
eius, quae dicitur fuisse nutrix Jovis, sive quod cum illo
fuerit, quando super Titanas militabat . . .’ Sed ubi ponendum
sit illud ἦ, quod et sententia et testimoniis flagitatur, i. e. quo
referatur is qui laudatur Ἐπιμενίδης ὁ τὰ Κρητικὰ ἱστορῶν, ad
certum redigitur palaeographica ratione, qua non dubium est
quin sit scribendum: ἐπιμήθη δὲ διὰ τὸ σύντροφος εἶναι τῷ Διί
<“Η”> καθάπερ Ἐπ. ὁ τὰ Κρ. ἱστ. φησι ὅτι ἐν τῇ Ἰδίῃ συνῆν
αὐτῷ, ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐστράτευσεν.

Haecenus haec, cum id tantum egerim ut certis finibus
circumscriberem, quae Epimenidea essent, quae non *). Itaque
cum constet eum qui Cretica conscripsit Cynosuram et Helicen
ex Arcadiae fabulis accivisse, revertamus ad eam a qua ini-
tium cepimus Ὠλενίην Αἴγα.

*) Sed ut de eis quae insequuntur dicam quid censeam: postulantur
ea quam tentavi solutione haec: 1. unus sit continuus argumenti tenor,
2. Pan canat cochlea, 3. dicatur quomodo Pan cochleam adeptus sit, cum
propria sit Tritonis. Sic igitur haec scribenda videntur: ὅτι ἐν τῇ Ἰδίῃ
συνῆν αὐτῷ, ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐστράτευσεν, οὗτος δὲ δοκεῖ εἰρεῖν τὸν κόχ-
λον, ἐν ᾧ (temporaliter) <Ζεὺς> τοὺς συμμάχους καθόπισεν, <καὶ> διὰ
τοῦ ἤχου Πανικὸν καλοῦμενον, ὃ οἱ Τιτᾶνες ἔφευγον — ita ut ea quae ab
οὗτος δὲ incipit sententia, pendeat ipsa quoque ex ὅτι.

ὠλενίη δὲ λέγεται διὰ τὸ ἐπὶ τῆς ὠλένης τοῦ Ἡνιόχου <εἶναι>
ἦ, ὡς ἄλλοι, Ὡλένου θυγάτηρ.

Hanc explicationem schol. ad l. c. Maass sequitur in Arateis p. 341: 'Quam cum "cubitalem", in Aurigae cubito sitam, Jovis sacerdotes scripsissent, correcturus Aratus sinistro Aurigae humero attribuere maluit proveciore scilicet caeli scientia sibi visus adiuvari'. Sed cum Maass ipse iure ut videtur hanc memoriam illi qui dicitur Epimenidi tribuat, quaero, num quis sub 'cubitali capra' quidquam intellegere possit. Deinde quod ὠλενίη nisi ad Aurigam refertur omnino cogitari nequit, Maass autem 'cubitalem capram' fabulae de Jovis infantia inserit, quid Auriga ad Jovem puerulum, quippe qui in Epimenidis fabula infantiam non inter astra, sed in Creta degerit?

Altera scholiastae explicatio quid sibi velit, concludi potest ex iis quae legimus in schol. Soph. arg. Trach. Ἀμάθεια ἦν Αἰμονίου θυγάτηρ *), ἣ κέρασ ἐῖχε ταύρου, quod statim explicatur si confers Hyg. astr. II 13: 'alii autem etiam ab his (scil. Jovis nutricibus) urbes quasdam appellari dixerunt, et Olenon in Aulide **), Helicen autem in Peloponneso et Aegam in Haemonia ibi nominari'. Neque igitur aut quid attributum sibi velit dubium est aut quid res: reminiscaris enim velim, quanta religione capra nonnullis in urbibus Graeciae culta sit velut Phliunte illa de qua Paus. II 13, 6 verba facit, id quod etiam de Pylo Messeniaco oppido nummi docere videntur, in quibus statua caprae — statuam premo! — expressa est (Catal. of gr. coins: Pelop. p. 118); sed trium illarum urbium quibus nomen est Olenus aut Olene, quod nomen Epei ex Aetolia in Achaïam et Elidem propagavisse videntur, quae iure sibi vindicet capram, nemo potest certo affirmare, quamquam quo probabilitas inclinet, facile intellegitur. Nam quod Stat. Theb. 104 sq. de Aetolica urbe dicit: 'et quae Jove pro-

*) Haec quidem genealogia non est Pherecydea. Pherecydes ad cornu demum explicandum accitur: τούτο δὲ, ὡς Φ. φησί . . .

**) Invenit scriptor ac non recte agnovit ΑΧΑΙΑΙ. Quae sequuntur verba 'autem in Peloponneso', nihil praebent difficultatis, cum ea reputes quae Robert in Cat. Proleg. p. 1 de 'αἰπόλων' in 'Aetolorum' mutato et de Hygini additamento inde a 'quae cum' usque ad 'est deducta' pertinente disseruit,

vocat Iden Olenus', huius rei non amplioribus testimoniis utitur neque minus divinatione tantum nititur quam nos. Longe aliter res se habet de Achaiae Oleno. Ibi enim capram in hominum religione tanti putari posse momenti fuisse quanti supra indicavimus, ex ipsis nominibus apparet earum urbium quae proxime sunt finitimae : Aegas dico et Aegium cf. Strab. VIII 387. Ubicumque autem capra est, eo facile arcessi fabulam de Jove infante ambitione hominum, unum habeas pro omnibus testimonium Aegiensium nummorum (Head 348, Head-Svor. 520).

Olenia igitur capra si modo exstitit in Epimenidis Creticis translata videtur in Cretam ex Achaia studio illo quo flagrare videmus scriptores rerum domesticarum, suae vindicandi regioni quaecumque arripere possunt, sicut Helice et Cynosura ex Arcadum fabulis eliciuntur et — ut tertium illud addam quod e Creticis citatur (cf. p. 20) — sicut fabula quae de Baccho et Ariadne narratur ab Epimenide illo e Dia aut Naxo insula in Cretam migrare iubetur.

Quae ut ad originem suam et si fieri potest ad tempus suum redigatur, longius est digrediendum. Nam oportet inquirere corona Ariadnae utrum descenderit e caelo in terram an ascenderit e terra inter sidera. Neque enim Bacchi solum corona fertur donum, 'alii dicunt hanc coronam Thesei esse et hac re propter eum conlocatam' (Hyg. astr. II 5). Itaque quid sibi velit Thesei corona, quo vinculo iungatur Theseus cum Ariadna, quid sit Ariadna, haec omnia prius explicanda sunt quam constet utra potior sit memoria.

Atque Callimachus' in eo quem in Delum insulam conscripsit hymno haec exhibet (vs. 307 sqq.):

δὴ τότε καὶ στεφάνοισι βαρύνεται ἱρόν ἄγαλμα
 Κύπριδος Ἀρχαίης ἀριήκοον, ἣν ποτε Θησεύς
 εἶσατο σὺν παιδεσσιν, ὅτε Κρήτηθεν ἀνέπλει·
 οἱ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες
 Πασσιφάης καὶ γναμπτὸν ἔδος σκολιοῦ λαβυρίνθου,
 πότνια σὺν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ,
 κύκλιον ὠρχήσαντο, χοροῦ δ' ἠγήσατο Θησεύς.

Hanc autem deam cuius simulacrum circumsaltatur choro cyclico a Theseo instituto i. e. vetustissimo, primitus Ariadnam

fuisse his comprobatur argumentis: 1. 'Αφροδίτη ἀγνή appellatur in Deliacis inscriptionibus (B. C. H. 1882, 489 sqq. 1883, 368), neque Ariadne aliud quidquam est nisi 'Αριάνη; 2. accedunt coronae, de quibus mox videbimus. — Premamus huius deae vestigia. Postquam Evans recuperavit illam aream ad quam Homerus alludit Σ 590 sqq.:

ἐν δὲ χορόν ποικίλλε περίκλυτος ἀμφιγυῖαις
τῷ ἕκλον οἶόν ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρέει

Δαίδαλος ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ 'Αριάνῃ (cf. Annual of British School at Athens 1902/3 p. 110 sq.), dubium non est, cui numini celebratae sint illae saltationes de quibus in schol. haec est memoria: ἐξελθὼν δὲ μετὰ τὸ νικῆσαι Θησεὺς μετὰ τῶν ἡθέων καὶ παρθένων χορόν τοιοῦτον ἔπλεκεν ἐν κύκλῳ τοῖς θεοῖς, ὅποια καὶ ἡ τοῦ λαβυρίνθου εἰσοδός τε καὶ ἔξοδος αὐτῷ ἐγεγόνει. Nam multo antiquiora vase Clitiae et Ergotimi, quo Theseus septem iuvenum septemque virginum manus iungentium chorum ducens fingitur, saltationum ritualium sunt Cnossica monumenta, quae Evans ita describit (Knossos Excavations 1903 B. S. A. 1902/3 p. 110): 'Of the performance of religious dances in connexion with the great Minōan Goddess several records have come to light. On the 'Royal Signet', of which the forged clay matrix was found, a female figure is seen on a terrace of masonry, before the Seated Goddess and her attendant, engaged in an orgiastic dance, and in glyptic scenes one person often stands for many. So too a single figure of a dancing girl appears on one of the Vapheio Gems, while on a seal-impression from Hagia Triada the Goddess herself appears to be dancing between two votaries each of whom holds above her a double axe. Still fuller evidence however is afforded by the remains of the Miniature Frescoes found in the neighbouring North West Palace Quarter. Among the scenes depicted on these fragments, the central design of which seems to have been the Pillar Shrine of the Goddess, a group of brilliantly attired women are seen in two rows, executing an animated dance in what looks like a walled enclosure, thronged with male spectators . . .' Quibuscum velim conferas quae J. L. Myres docet (ib. Excavations at Palaikastro II p. 362): 'The last-named fragment suggests a square ring-dance, of the kind

which is familiar on Cypriote sites (Cyprus Mus. Catal. N. 5288, 5290-5, 5297-8, 5305-34, 5401-66); and it is noteworthy that one example occurs at Petsofà of a tree-like object, like that which forms the centrepiece of the Cypriote rings'.

Deli circumsaltatur statua florum sertis induta, quae est Veneris Hagnae sive Ariadnae, Cretensium choris, quibus Ariadna colitur, centrum est aut deae simulacrum aut arbor, Cypri in insula, in qua ipsa quoque Venus Ariadna colitur (Plut. Thes. 20), item arbor circumstrepitur choris; ibidem Ariadna mortem sibi conscivisse fertur ex arbore se suspendens (Plut. Thes. 20 οἱ μὲν γὰρ ἀπάγξασθαί φασιν αὐτὴν ἀπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως), quod αἴτιον quid sibi velit ut intellegas recorderis modo de Erigonae fabula (schol. Il. X 29. Apollod. III 14, 7), de Atheniensium festo, quod vocatur Αἰώρα, de Diana Ἀπαγγομένη, de Helena Rhodi, de Attide (Firmic. Mat. p. 120 'in sacris Phrygiis quae matris deum dicunt, per annos singulos arbor pinea caeditur et in media arbore simulacrum iuvenis subligatur'), de Charila (Plut. qu. gr. 12. Suid. s. v. εἴδωλον), de oscillis ex arbore pendentibus — omnibus fertilitatis sive genis sive ritibus.

Adicias e multitudine exemplorum similium rituum quae collegerunt Mannhardt in „Antike Wald- u. Feldkulte“ I 168 sqq. et Frazer in eo libro quem inscripsit 'The Golden Bough' perpauca tantum: I² p. 202 (de Suedorum quod dicunt 'Mai Stanger') 'The raising of the Maypole, the decoration which is done by the village maidens, is an affair of much ceremony; the people flock to it from all quarters, and dance round it in a great ring'. p. 204: 'In Northumberland down apparently to near the end of the eighteenth century, young people of both sexes used to go out early on May morning to gather the flowering than and the dew off the grass, which they brought home with music and acclamations: than having dressed a pole on the green with garlands, they danced about it. . . . In Swabia on the first of May a tall fir-tree used to be fetched into the village, where it was decked with ribbons and set up; then the people danced round it merrily. . . . At Bordeaux on the first of May the boys of each street used to erect in it a May-pole, which they adorned with garlands and

a great crown; and every evening during the whole of the month the young people of both sexes danced singing about the pole'. Jam inde apparet idem numen coli et a Deliis et a Cretensibus et a Cypriis choro celebrantibus sive id quod Myres dicit 'a tree-like thing' sive arborem imaguncula quadam instructam*) sive simulacrum coronis ornatum sive sanctissimam deam ipsam, numen dico vel veris renati vel florum. Quod ut plane appareat, revertamus ad eam in qua disputationis cardo vertitur Thesei coronam. Atque Euphronius quidem in notissima patera Theseum in mare demersum ab Amphitrite coronam accipientem facit, qua re congruit — ut videtur — cum ea pictura quam Mico composuit in Theseo (cf. Klein Euphronios² p. 182 sqq.), qua de pictura Paus. I 17, 3 haec exhibet: τοῦ δὲ τρίτου τῶν τοίχων ἡ γραφή μὴ ποθομένοις ἂ λέγουσιν οὐ σαφὴς ἐστίν, τὰ δὲ Μίκων οὐ τὸν πάντα ἔγραψε λόγον. Μίνως ἤνικα Θησέα καὶ τὸν ἄλλον στολον τῶν παιδῶν ἤγεν εἰς Κρήτην, ἐρασθεὶς Περιβοίας, ὡς οἱ Θησεύς μάλιστα ἠγανατιάτο, καὶ ἄλλα ὑπὸ ὀργῆς ἀπέριψεν εἰς αὐτὸν καὶ παῖδα οὐκ ἔφη Ποσειδῶνος εἶναι, ἐπεὶ οὐ δύνασθαι τὴν σφραγίδα ἦν αὐτὸς φέρων ἔτυχεν, ἀφέντι εἰς θάλασσαν ἀνασῶσαι οἱ. Μίνως μὲν λέγεται ταῦτα εἰπὼν ἀφείναι τὴν σφραγίδα· Θησέα δὲ σφραγιδά τε ἐκείνην ἔχοντα καὶ στέφανον χρυσοῦν, Ἀμφιτρίτης δῶρον, ἀγελθεῖν λέγουσιν ἐκ τῆς θαλάσσης.

Rectissime de hac narratione Pallat iudicat (l. c. p. 58) primo obtutu coronam, quae annulo recuperato ad controversiam diiudicandam nihil iam valeat, superfluam videri. Quid quod in Bacchyl. carm. XVI annuli eius quem Minos fluctibus immisit, iam ne mentio quidem fit? Duabus igitur e partibus haec fabula ita conflata est, ut per ea quae de rixâ Minois et Thesei finguntur, tamquam per prooemium perveniamus ad ea, quae de Theseo mari immerso coronatoque feruntur. Atque

*) Frazer l. c. p. 207/8: There is an instructive class of cases in which the tree-spirit is represented simultaneously in vegetable form and in human form, which are set side by side as if for the express purpose of explaining each other. In these cases the human representative of the tree-spirit is sometimes a doll or puppet sometimes a living person; it is placed beside a tree or bough; so that together the person or puppet, and the tree or bough form a sort of bilingual inscription, the one being, so to speak, a translation of the other.

auream quidem hanc coronam pictor reddit, si modo Pausaniae fidem habemus, poeta non item:

κόμαισί τ' ἐπέθηκεν οὖλαις ἀμεμφέα πλόκον,
τόν ποτέ οἱ ἐν γάμφῳ
δῶκε δόλιος Ἀφροδίτα ῥόδοις εἰρμένον.

Aliud autem iam praesto est de coronae materie testimonium in Athen. XV p. 684: Τιμαχίδας δ' ἐν τετάρτῳ Δείπνου καὶ Θήσειόν τι ἀναγράφει καλούμενον ἄνθος·

Θήσειόν θ' ἀπαλὸν μῆλην ἐναλίγκιον ἄνθος

Λευκερης (Cas.: Λευκοδόης) ἱερὸν περικάλλεος, ὃ ῥα μάλιστα φίλατο.

ἀπὸ τούτου δέ φησι τοῦ ἄνθους καὶ τὸν τῆς Ἀριάδνης καλούμενον στέφανον πεπλέχθαι.

Quid sit iudicandum de versuum corruptela, nondum curamus; Ariadnam vidimus genium esse fertilitatis; estne Theseo, qui in fabulis est eius par, estne coronae eius res cum mari? Est sane. Incipiamus iterum ab exterarum nationum consuetudinibus, quarum Mannhardt praebet exempla l. c. p. 313: Das am Tage des h. Georg (24. April) begangene Frühlingsfest der Slovenen in Kärnthen und Krain wird folgendermassen geschildert. Nach Beendigung des Nachmittagsgottesdienstes strömt die Jugend durcheinander dem Orte zu, wo der am Vorabend gefällt und entrindete Baum (Pappel oder Tanne) liegt, und schmückt ihn unter Gesängen mit Blumen und Kränzen . . . Die Hauptperson in dem Zuge ist der grüne Georg, ein Bursche, von Kopf bis zu Fuss in grüne Birkenzweige eingehüllt. Auf dem Festplatz wird der Maibaum an eines der höchsten Häuser angelehnt und nachdem Musikanten, Sängerinnen und Spassmacher ihr Bestes geleistet haben, lösen die an den Fenstern harrenden Mädchen Tücher und Kränze, zerbrechen die bunten Querhölzer und ein Blumenregen auf die jubelnde Menge beschliesst das Fest. Während des allgemeinen Jubels wird der grüne Georg (d. h. eine ihn darstellende Puppe) ins Wasser geworfen . . . In manchen Gegenden badet man aber den lebenden grünen Georg selbst in einem Flusse oder Teiche und zwar in der ausgesprochenen Absicht, damit er durch Regengüsse während des Sommers Felder und Fluren grünen lasse.

Supersedemus cumulare recentiorum exempla, quorum similia ne in antiquitate quidem desunt. Tria hac in re discernenda sunt genera; nam aut submerguntur verni festi participes aut submergitur effigies eius genii qui festi illius est patronus aut effertur ne dicam evanescit ritus in fabulam quae patrono festi imputatur ceterarumque rerum ab eo gestarum tenori inseritur. Trium horum generum afferam testimonia. Atque primum quidem de verno Romanorum festo certiores fimus ex Suid. s. v. Μαΐουμᾶς · πανήγυρις ἤγετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν Μάιον μῆνα . τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν τὴν λεγομένην Ὀστίαν οἱ τὰ πρῶτα τῆς Ῥώμης τελοῦντες ἠδουπαθεῖν ἠνειχόντο, ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασι ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. Ac ne dubites an non Graeci eadem usi sint consuetudine, in Paus. II 35, 1 haec legimus : πλησίον δὲ αὐτοῦ Διονύσου ναὸς Μελαναίγιδος · τούτου μουσικῆς ἀγῶνα κατὰ ἔτος ἕκαστον ἀγούσι, καὶ ἀμίλλης κολύμβου καὶ πλοίων τιθέασιν ἄθλα.

Alterius ritus quo submergitur genii fertilitatis effigies, notissimum est exemplum Adonidis, quod exhibet Theocr. XV 131 sqq.

αἰῶθεν δ' ἄμέες νιν ἄμα δρόσῳ ἀθροῖαι ἕξω

οἰσεῦμες ποτὶ κόματ' ἐπ' αἰῶνι πτόοντα κ. τ. λ.

cf. Luc. de dea Syr.

Tertii autem generis exempla quamquam sunt plurima, non tam facilia sunt cognitu, quia a ritibus unde traxerunt originem soluta sunt saepiusque valde remota. Exempli instar sit fabula, quae de Baccho a Lyeurgo in mare fugato narratur (Z 132). Adicias eam memoriam quam invenimus in St. B. s. Δαμασκός · ὅτι Ἀσκός εἰς τῶν γιγάντων · ὃς μετὰ Λυκούργου τὸν Διόνυσον ἔδησε καὶ εἰς ποταμὸν ἐνέβαλεν . . . Plurimum autem lucis in eam quae agitur quaestionem affert illa fabula quae de Rhoeo, Staphyli filia, narratur, cum haec nomina ipsa loquantur : Diod. V 62 Σταφύλου γὰρ καὶ Χρυσοθέμιδος φασὶ γενέσθαι τρεῖς θυγατέρας, Μολπαδίαν καὶ Ῥοιώ καὶ Παρθένον *) ὄνομα. καὶ τῇ μὲν Ῥοιώ τὸν Ἀπόλλωνα μίγνεντα ἔγκυον ποιῆσαι . τὴν δὲ πατέρα αὐτῆς ὡς ὑπ' ἀνθρώπου τῆς φθορᾶς γεγεννημένης ὀργισθῆναι,

*) Molpadia quoque et Parthenos festi indicant hilaritatem, non deas, sicut Theseus est ὁ Φημίον παῖς (Lyc. 1322)!

καὶ διὰ τοῦτο τὴν θυγατέρα εἰς λάρνακα συγκλείσαντα βαλεῖν εἰς τὴν θάλατταν.

Iam revertamus ad Theseum admirati Casauboni versuum Timachidae emendationem Θήσειόν θ'άπαλόν . . . Λευκοδόης ἱερόν, neque enim post ea quae commemoravi argumenta dubium videtur, cur illa corona quam Theseus in mare mersus ab Amphitrite accepisse fertur, huius maris sacra dicatur. Itaque tamquam per texturam fabularum conspicimus vernum usum veterum Cretensium, nam ubi Ariadna coronata, ubi Minois et Thesei rixa orta sit non est quod dubites. Iam velim iterum memineris Bacchi a Lycurgo in mare fugati aut a gigante in flumen coniecti et post ea quae de Theseo praemisi statim intelleges quid sibi velit narratiuncula de Thesei morte (Arist. Πολ. Ἀθ. in Heracl. Epit. p. 87, 17 sqq.): οὗτος ἐλθὼν εἰς Σκύρον ἐτελεύτησεν ὡσθεις κατὰ πετρῶν ὑπὸ Λυκομήδους, φοβηθέντος μὴ σφετερίσθαι τὴν νῆσον. Sed, quaerat quispiam, unde Theseus ille venit Scyrum? Praedonum insula fuit Scyrus; occupatur a Cretensibus; certiores fimus de hac re ex I 668

τὴν οἱ πόρε διος Ἀχιλλεύς

Σκύρον ἐλὼν αἰπείαν, Ἐνοῦρος πτολίεθρον

huiusque versus scholio: Ἐνοεὺς Διονύσου καὶ Ἀριάδνης, δς Κρήτας ἀγαθῶν ἔκτισε τὴν πόλιν. Accedit quod Scyri habes portum Κρήσιον. Repelluntur demum Cretenses a Dolopibus, quorum rex fertur Lycomedes. Quid quod Lycomedem ipsum Cretensem fuisse demonstravit v. Wilamowitz in ea disputatione quam inscripsit: Neue Bruchstücke der hesiod. Katal. (Berliner S.-B. 1900) p. 9. Itaque num ullo modo fieri posse putabis, ut Theseus non una cum Cretensibus Scyri in insula sedem sibi paraverit? Illud quidem constare videtur; quaero hoc: multis in festis quae ad fertilitatem fructuum et fecundiam anni spectant, fit ut iuvenes mulierum vestibibus et habitu utantur. Exemplorum instar accipias haec: (In sacrificio Amathusiae Ariadnae) κατακλινομένον τινα τῶν νεανίσκων φθέγγεσθαι καὶ ποιεῖν ἄπερ ὠδίνουσαι γυναῖκες (Plut. Thes. 20). (In Oschophoriis Atheniensium) φωνὴν καὶ σχῆμα καὶ βάδιον ὡς ἐνὶ μάλιστα παρθένους (ὁμοιούμενοι) . . . φέρουσι (τοὺς ὄσχους) Διονύσῳ καὶ Ἀριάδνῃ χαρίζόμενοι διὰ τὸν μῦθον ἢ μάλλον ὅτι συγχομιζομένης ὁπώρας ἐπανήλθον (ib. 22) cf. Mannhardt, Antike Wald- und Feld-

kulte I p. 411, Frazer l. c. III² p. 239. Num ea fabula quae de Achille in Lycomedis aula mulierum more vestito fertur e similibus orta est Seyri incolarum consuetudinibus quae ad Theseum quem demonstravimus spectabant?*) Hoc utcumque est, Seyrio Theseo non iam licet argumento uti, quasi Athenienses nescio qui — si potest iam ante Dolopum invasionem — insula essent potiti, nam Seyrius Theseus non est Atheniensis, sed Cretensis, vere filius maris Aegei. Iam igitur quamquam apparet florum coronam artissime adhaerere partibus quas Theseus agit, tamen si quis iudicaret unam ubique absolutamque ceremoniam tamquam fundamentum subesse Ariadnae et Thesei fabulae, is plane erraret de varietate et variabilitate horum rituum, qui aliter fiunt aliis in vicis vix nonnullis milibus inter se distantibus. Neque igitur mirum quod huius quoque fabulae tamquam varia lectio traditur Theseum corona Ariadnam suam ornavisse, quod si una cum corona in mare mergitur fieri non potest. Ac ne huius quidem consuetudinis desunt exempla. Conferas velim quae Mannhardt profert l. c. p. 422/3: „In Wreskow bei Königgrätz gehen (Mai-)König und Königin in ihrem besten Sonntagsstaat unter einem Baldachin, die Königin hat einen Kranz auf dem Kopfe; das jüngste Mädchen trägt ihr zwei Kränze auf einem Teller nach. Das nächste Gefolge besteht aus Burschen und Mädchen, welche wie Brautführer und Brautjungfern gekleidet sind. Von Haus zu Haus werden Gaben gesammelt und die Kinder mitgenommen. Dann folgt das Gericht über die Dorfgenossen und die Verurteilung des Königs zur Enthauptung . . . Die Königin kauft ihn los, nimmt ihren Kranz vom Kopfe und setzt ihn unter allgemeinem Jubel über seine Erhaltung und unter Lobpreisungen ihrer Güte dem Losgekauften auf. Doch wird ihm

*) Quod antea suspicatus tantum sum confirmatur id eis quae nunc communicat R. M. Dawkins in Annual of British School IX: 'A visite to Skyros' p. 72 sqq.: On the last sunday of Carnival the masqueraders appear in the greatest numbers. A full set consists of three young men, disguised, one as an old men (*γέρος*), one as a maid (*κορέλλα*), and one as a Frank (*Φράγκος*) . . . The *κορέλλα* is a boy dressed as a girl, generally with a modern mask, in the festal attire of a Skyrian bride . . . p. 74: On the Monday not many Old Men or Franks appear; it is the day of the *μετημφιεσμένοι*, when boys go about disguised as girls . . .

dieser Kranz abgenommen und beiden werden die Blumenkronen aufgesetzt, welche das junge Mädchen nachtrug'. — His iam exploratis aggrediamur notissimam fabulam Naxicam recentioribusque poetis maxime acceptam, qua Ariadna a Theseo deserta a Baccho in matrimonium ducta esse fertur. Atque initium faciamus ab insulanorum testimonio ipso (Plut. Thes. 20): καὶ Νάξιων δὲ τινες ἰδίως ἰστοροῦσι δύο Μίνωας γενέσθαι καὶ δύο Ἀριάδνας, ὧν τὴν μὲν Διονύσῳ γαμηθῆναι φασιν ἐν Νάξῳ καὶ τοὺς περὶ Στάφυλον τεκεῖν, τὴν δὲ νεωτέραν ἀρπασθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησεῦς καὶ ἀπολειφθεῖσαν εἰς Νάξον ἔλθειν, καὶ τροφὸν μετ' αὐτῆς ὄνομα Κορκύνην, ἧς δεῖκνυσθαι τάφον. Ἀποθανεῖν δὲ καὶ τὴν Ἀριάδνην αὐτόθι καὶ τιμὰς ἔχειν οὐχ ὁμοίας τῇ προτέρα. τῇ μὲν γὰρ ἡδομένους καὶ παιζοντας ἑορτάζειν, τὰς δὲ ταύτῃ δρωμένας θυσίας εἶναι πένθει τινὶ καὶ στογνότῃ μεμιγμένας.

Unde ut omittam duas Ariadnas hoc certe efficere licet, ut duo fuerint Naxi Ariadnae festa quorum alterum lugubre ac triste excipiebatur ab altero hilari atque iucundo. Neque hoc exemplis caret in talis generis qualis Ariadnam cognovimus deabus. Memineris velim deae Syriae festi quod Lucianus describit, memineris Theocriti Ἀδωνιαζουσῶν; accipias quid narretur de Veneris Erycinae duplici celebratione (Ath. IX 394 sq.): τῆς δὲ Σικελίας ἐν Ἐρυκί καιρὸς τίς ἐστίν ὃν καλοῦσιν Ἀναγωγὰς (Ἀναγῶγια Ael. IV 2), ἐν ᾧ φασὶ τὴν θεὸν εἰς Λιβύην ἀνάγεσθαι. τότε οὖν αἱ περὶ τὸν τόπον περιστεραὶ ἀφανεῖς γίνονται ὡς δὴ τῇ θεῷ συναποδημοῦσαι. καὶ μεθ' ἡμέρας ἐννέα ἐν τοῖς λεγομένοις Καταγωγίαις μίας προπετασθείσης ἐκ τοῦ πελάγους περιστερὰς καὶ εἰς τὸν νεὸν εἰσπτάσης παραγίνονται καὶ αἱ λοιπαί. ὅσοι οὖν τότε περιουσίας εὖ ἤκουσι τῶν περιόικων εὐωγῶνται, οἱ δὲ λοιποὶ κροταλίζουσιν μετὰ χαρᾶς, ὅζεις τε πᾶς ὁ τόπος τότε βοῦτυρον, ᾧ δὴ τεκμηρίῳ χρῶνται τῆς θείας ἐπανόδου. Sed ut externas deas mitamus, memineris tantum Proserpinae et Bacchi. Itaque cum videamus festorum hanc duplicitatem contineri actione aut certe fabula sacra, qua inducitur dea aut ipsa agens aut de amasii sui fortuna sive maerens sive laetans, aliquid tale etiam de Ariadna statuendum est, cum non sit verisimile Naxios solos sine causa esse questos aut laetatos. Quaerendum igitur est quam deae suae condicione aut luctu sint affecti aut laetitia. Atque sunt quidem qui putent fabulam eam de qua

agimus praeter propter totam ritualiter repraesentatam quotannis tamquam fundamento fuisse cultui et poetarum Alexandrinorum carminibus, ac non sine specie Frazer l. c. I² 229 relegavit nos ad usus Francogallorum similitudinem (p. 221/2): 'In the neighbourhood of Briançon on May day the lads wrap up in green leaves a young fellow whose sweetheart has deserted him or married another. He lies down on the ground and feigns to be asleep. Then a girl who likes him and would marry him, comes and wakes him, and raising him up offers him her arm and a flug. So they go to the alehouse . . .'

Sed ne externa quadam similitudine temere capiamur, ut iam in singula inquiramus, incipiamus ab hilari Ariadnae festo. Naxus insula est Ariadnae et Bacchi conubii sedes. Ac ne eis deceptus quae a Paus. II 23, 7 proferuntur, opineris in Creta insula Bacchum esse Ariadnae coniugem Pausanias ipse illo loco claris verbis Ariadnam notat ut adventiciam: Λυκέας δὲ λέγει κατασκευασμένου δεύτερον τοῦ ναοῦ εὔρεθῆναι σορόν, εἶναι δὲ Ἀριάδνης αὐτήν. Itaque si aliquid tribuere licet huic Ariadnae, una est e Bacchi comitibus, quarum Argis complurium extiterunt sepulcra; Cresii autem Bacchi templum fuit, priusquam Ariadnae qui vocabatur tumulus ad lucem prodiit. . . Itaque cur Naxi collocatum est conubium? Num sollemniter iunguntur Bacchus et Ariadna ut Juppiter et Juno Argis, Sami, Plataeis alibi sacris quas dicunt nuptiis quotannis coniungi credebantur? an Bacchus venit ad Ariadnam eadem mente qua solet ad Atheniensium quae vocatur reginam? Neutrum credo; sed potius forte fortuito ut ita dicam et tamquam iure viciniae atque propinquitatis Bacchus Ariadnae coniunx factus est. Nam ut taceam de celebritate cultus Bacchi Naxici, antiquo ibi vel Ariadnam cultu frui vidimus; accedit quod in ipsa antiquissima memoria non nuptiae ipsae gravissimi sunt momenti, sed firmum atque perenne indicatur matrimonium (Hesiod. Th. 947-9); adicias prolem qua sacrae nuptiae carere solent Ap. Rhod. III 997 schol.: ὦν οὐδέτερον ἀληθές · καταλείπεται γὰρ ὑπὸ Θησέως ἐν Νάξῳ · διαπεπαρθένευται δὲ ὑπὸ Διούσου κατὰ τινος, ἐξ ἧς παιδοποιεῖ Οἰνοπίωνα, Θάνατα, Στάφυλον, Λάτραμον, Ταυρόπολιν. Quo autem argumento praecipue probatur sedis communitate in unum conductos esse

Bacchum et Ariadnam, id non est in litteris, est inter monumenta, quibus Ariadna Bacchi non solum uxor, sed etiam nutrix fingitur (Mon. dell' Inst. II t. 17), quo munere in dis infantibus nymphas aut deas regionis natalis fungi iam supra et in Jove et in Pane saepius vidimus. Itaque Bacchus postquam a Thracibus Naxum allatus est, si modo quotannis in hilari illo festo de quo constat conubium Ariadnae redintegrare ferebatur, hanc opinionem e populi usu ortam esse minime stat certo pede, cum festa ea quibus Ariadna colitur antiquiora esse Bacchi adventu vix inveniatur qui neget. Sed videamus de altero festo, quod num propterea fuerit lugubre, quia Theseus Ariadnam deseruisse dicebatur, iam est inquirendum. Atque ex eo quidem testimonio quod nobis est antiquissimum (λ 321 sqq.) haec memoria nihil ducit subsidii, quippe quo Ariadna praematura morte interfecta esse dicatur, non a Theseo deserta. Mortuae autem Ariadnae et cultum et sepulcrum non solum Naxi sed etiam Cypri fuisse e claris Plutarchi verbis supra apparuit. Iam velim repones num Theseus deseruisse Ariadnam omnino ferri potuerit priusquam Theseus fuit heros Atheniensis, repones num sit probabile unius deae duo fuisse lugubria festa, festum dico Ariadnae a Theseo desertae quam ne novit quidem antiquissima memoria et Ariadnae mortuae; memineris Bacchi quoque conubium non ab initio Ariadnaei cultus partem fuisse, ac facile puto concedes Theseum quoque arcessitum esse, arcessitum e Creta cum iam nullum esset discrimen inter Cretensem et Atheniensem, arcessitum non hominum religione aut usu in deae Naxicae cultum, sed a poetis in fabulam quam finxerunt de Ariadna heroide, primariam igitur fabulae sacrae formam non fuisse de Ariadnae solitudine et solatio, sed de Ariadna mortua ac renata. Necnon corona latet in Naxica fabula, sed quanto mutata ab illa, qua adhuc Theseum ornatum aut Ariadnam ornantem vidimus. Neque enim iam est herbena, sed aurea, insignis 'compluribus gemmis', quas neque Hyginus l. c. neque alius quisquam qui similia atque ille tradit omittit. Sed ipso hoc egregio et divino decore se non esse humanam, gemmas esse astra clamat corona ipsa. Itaque postquam e simpliciore sive Ariadnae sive Thesei corona sidus nomen duxit, cuius rei ante

Alexandrinorum aetatem nullum est testimonium, ex illius splendore rursus colores mutuati sunt poetae ad amplificandam Ariadnae fabulam, cuius coronam pertexuerunt gemmis e caelo sumtis. Quid igitur mirum talem coronam poetas facere non iam a Theseo tradi, sed aut a Baccho aut ab aliis caelestibus in Bacchi Ariadnaeque nuptiarum honorem. Extrema autem audet Epimenides ille (p. 31), qui tota fabula radicitus eversa non solum coronam seiungit a Theseo, sed etiam Bacchum a Naxo insula. Cur hoc fecerit? Nulla certe alia de causa nisi quia Cretica conscripsit sicut Aglaosthenes qui Naxica conscripsit Naxum transtulit Jovis infantiam. Colligamus igitur quid e quattuor fragmentis quae in huius digressionis initio posuimus de Epimenide Creticorum scriptore sit statuendum:

I. Arcadum utitur fabulis adhuc ignotis quae ferebantur de Jovis infantia;

II. harum fabularum personas Helicen, Cynosuram, non minus quam Bacchum Ariadnaeae fabula principem suae vindicat regioni;

III. Panem e comitatu Bacchi Indos oppugnantis mutuatus Jovi adiungit socium bellum Titanis inferenti (vixit igitur post Megasthenem);

IV. antiquioris fabulae Ariadnaeae imaginem ita oblitterat scientia sua sideralis coronae Ariadnae et studio uni tantum regioni dedito, ut ne nomina quidem personarum stent, nedum partes.

Quae si perpenderit, num quisquam etiamnunc dubitabit, quin Epimenides qui Cretica conscripsit Alexandrinus fuerit homo doctus?*)

Sed ne reprehendar quod ambagibus delecter — hoc certe constare videtur fabulas omnes quibus Juppiter infans alicubi Graeciae a capra nutritus esse fertur, non eodem iure atque capram vindicare sibi Jovem infantem, sed tamquam apographa esse unius exempli, Cretici dico. Hic enim Graecorum summum deum a Rhea Saturni timore percussa caprae nutriendum

*) Cretica haec, quae si Aegipanis nomen ibi exstitit pedestri oratione conscripta erant, Epimenidi subdita esse non est quod mireres comparatis Cadmi Milesiacis, Creophyli Ephesiaticis.

traditum esse permulta sunt testimonia, quae cumulare nostra non interest, interest origines quaerere. Atque novisse videtur hanc fabulam Cleostratus Tenedius, qui vixit fere sexto saeculo exeunte et quem haedos inter sidera ostendisse dici Hyginus astr. II 13 e Parmenisci testimonio confirmat; idem autem 'Parmeniscus ait Melissea quendam fuisse Cretae regem; ad eius filias Jovem nutriendum esse delatum quae quod lac non habuerint, capram ei admisisse Amaltheam nomine, quae eum dicitur educasse. hanc autem geminos haedos solitam esse procreare et fere eo tempore peperisse, quo Jupiter nutriendus est adlatus. itaque propter beneficium matris et haedos quoque dicitur inter sidera collocasse' (Hyg. l. c.).

Accedit quod Jovis capra ipsa vel a Musaeo inter astra collocata est fabula quamvis inepta, qua ut et sideris Caprae et aegidis Jovis exponatur origo, Creticae caprae tergum iam vivae Gorgoneo instructum et pellis a Jove cum Titanis dimicante exuta fertur (fr. 8 D). Solis autem filiam capram ab eo poeta dictam esse qui ipse se Lunae filium confirmavit, non esse quod miremur optime Robert observat. (Erat. p. 240). — Sed unum obstat et id gravissimum; nam neque si auctoritatem neque si vetustatem testium perpenderit, quicquam habebis quo discernas utrum nymphea Amalthea fuerit an capra cum hoc ab aliis aliter tradatur. Atque capra quidem non uno Graeciae loco tamquam numen colitur. Quam in rem clarissimam affert lucem Phliasiae caprae exemplo Paus. II 13, 6: ἀνάκειται δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς αἰεὶ χαλκῆ, τὰ πολλὰ ἐπίχρυσος· παρὰ δὲ Φλιασίοις τιμὰς ἐπὶ τῷδε εἴληψε, τὸ ἄστρον ἦν ὀνομαζοῦσιν αἶγα, ἀνατέλλουσα τὰς ἀμπέλους λυμαίνεται· συνεχῶς· ἵνα δὲ ἄχαρι μὴδὲν ἐπ' αὐτῆς γένηται, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς χαλκῆν αἶγα ἄλλοις τε τιμῶσι καὶ χρυσῷ τὸ ἄγαλμα ἐπικοσμοῦντες. Quem ad locum Frazer haec adnotat: 'It may be conjectured that the image of the goat in the market-place of Phlius represented Dionysus himself...'. Deinde laudatur J. Moura : Le royaume du Cambodge I p. 179 : "There are idols which contain spirits ever ready to heal the sick who worship them. One thing which is thought to be especially agreeable to these spirits is to gild them wholly or in part. So the pilgrims always bring with them some gild paper when they are going to pray to these spirits. To stick

a gold leaf on the statue is a meritorious act which secures for the worshipper the cure of the corresponding part of his body. If a man prays for success in speculation for wealth to acquire in commerce, industry, fishing etc., he gilds the whole statue from head to foot. It is the traces of gilding to be seen almost everywhere on the statues and chief figures in the bas-reliefs which led people to suppose that formerly all these sculptures were gilded all over". Itaque Bacchum quamvis ἔριφος vocetur (Et. M. s. "Ἐρῖφα) caprae imagine fictum esse quamquam viro docto non concedemus, tamen fertilitatis et fecundiae vires divinas inesse caprae et creditum esse et credi cum ex hoc exemplo apparet tum e multis aliis. Quanto autem pluris putas capram habuisse Cretenses, quippe quorum insula singulari floreat horum animalium copia. Neque me ficta proferre e monumentorum copia fere in dies aucta satis perspicitur, quibus in monumentis non solum caprae ad naturam expressae extant, sed etiam caprae alatae, daemones caprini multi exprimuntur cf. Cook: Animal worship in the Mycen. age (J. H. St. 1894 p. 150 sqq.), D. G. Hogarth: The Zakro sealings (J. H. St. 1902 p. 77 sqq.).

Neque vero in commune tantum ut fecundiae numen colitur capra, sed peculiaris eius est provincia fertilitatis frugum. Qua de re quid adhuc vel nostrates cogitent, quae nomina indiderint velut 'Korngeifs', 'Habergeifs', 'Weizengeifs', 'Kornbock', 'Kornmutter', 'Roggenmutter', haec omnia invenies in Mannhardtii libro qui inscribitur 'Antike Wald- und Feldkulte' II p. 162 sqq., qui idem humanam genii frumentarii speciem plurimis comprobat testimoniis. Unde si revertemur ad Amaltheam, licet quamvis dubitanter vocem ipsam explicare si non e Graeca at certe ex Indogermanica lingua: Amaltheae enim quid voci insit notionis, ne inferiorum quidem temporum poetas doctos neque grammaticos effugisse videtur, cui rei testimonio sit Hesych. ἀμαλθεύει πληθύνει, πλουτίζει ἢ τρέφει. Ἀμάλθεια enim componi videtur ex Ἄμα, quam radicem matris vi instructam innumerabilibus verbis velut Ἄμα, Ἄμμη, Ἄμῖα Kretschmer inesse demonstravit (Einl. i. d. griech. Spr. p. 339 sqq.); alterius membri ἀλθ- radix extat E 417: ἀλθετο γείρ, Hippocr. III 190 L: ἀποστάσις δυσάλθεις, cui radici (ardh-)

in sanscritica lingua notio inest vigendi („gedeihen“). Tam igitur apparet, cur forma et humana et caprina instructa sit Amalthea neque minus apparet quid sibi velit Ἀμάλθειας κέρας, cuius nobis quamquam non par tamen simile et comparabile est instrumentum, quod ipsum quoque fertilitatis vim continere credebatur, id dico quod vernacula lingua ‘Bockshorn’ vocamus, de quo Mannhardt l. c. II p. 316/7 sic disputat: „Im Harz hiess das Osterfeuer Bockshornbrennen oder kurzweg das Bockshorn, unzweifelhaft weil man ehemals ein Bockshorn in die Flammen warf, welches dem Kornbock angehörig gedacht wurde“, apparet denique cur Juppiter infans qui ipse numquam ut haedus colitur — (nam αἰγοφάγος et αἰγίολος est Juppiter adultus aetate deus, cuius vis ac notio ab infante toto caelo distat) — cur igitur Juppiter infans ab Amalthea nutriatur, is qui Praesi in oppido a sue alitur, qui ipse ut fertilitatis genius arbori suspenditur (Hyg. fab. 139*) p. 51), qui in Creta sepultus fertur (Call. h. i. Jov. init., Anthol. epit. VII 746), qui in hymno eo qui nuper in Creta inventus est celebratur ut fertilitatis et agrorum et gregum auctor, cuius carminis textum mihi inspicere nondum licuisse doleo (cf. Annual of British School at Athens X p. 246 ‘The third verse is lost; the fourth ended with the words “peace-lover of prosperity”. In the fifth the god is invoked as the source of fertility for flocks and fields’).

*) ‘Amalthea pueri nutrix eum in cunis in arbore suspendit, ut neque coelo neque terra neque mari inveniretur’.

Caput III.

De Melissa dea.

Juppiter infans a matre e conspectu insidiantis patris ablati quod sive ab apibus ipsis (Verg. georg. IV 149 sqq.) sive a nymphis (Callim. h. i. Jov. 10: 46—54, Diod. V 70) melle nutritus esse dicitur, nihil mirum; neque enim summus deus hac in fabula aliud quidquam patitur atque quivis expositus deorum aut heroum filiulus, qui pro materno lacte melle alitur, velut Bacchus a Macride Aristaei filia mel accipit, velut apes Meliteo deserto cibum apportant, quoad Phagrus homo misericors eum recipit, θεμελιος ἀντὶ Μελιτῆα ὄνομα, διότι ὑπὸ μελισσῶν ἐτρέφετο.

Hae fabulae neque uni personae ex origine adhaerent neque certae rerum seriei sunt intextae: ubicumque eis locus est idoneus, quasi sponte advolant et quamvis diversis se applicant personis rebusque. Quo fit ut opem nullam ferre videantur quaerenti quam vetustae aut variae fabulae sint eae quas exornant. Tum demum operae pretium est in eis immorari cum ipsae missis personis aut religionis certae speciem ipsae prae se ferant aut in vitam cultumque hominum vim exercent peculiarem; quod accidit in ea quae iam tractabitur fabula.

Lactantius enim in div. inst. I 22 haec narrat: ‘Didymus in libris ἐξήγησεως Περὶ θεῶν ait Melissea Cretensium regem primum dis sacrificasse ac ritus novos sacrorumque pompas introduxisse, huius duas fuisse filias, Amaltheam et Melissam, quae Jovem puerum caprino lacte ac melle nutrierint...; Melissam vero a patre primam sacerdotem Matri Magnae constitutam, unde adhuc eiusdem Matris antistites Melissae nuncupantur’.

Quibus ex verbis concludere licet haec: primum ut Amalthea facile a Melisseo seiungi possit, ita Melissam anguste cum Melisseo cohaerere, deinde, cum Melissa nota fuerit tamquam Matris sacerdos, Melisseum — vel ut in schol. Plat. Phaedr. 248 C appellatur Melissum — aut parem fuisse Melissae sicut bacchum bacchae aut pragmatica quam dicunt ratione fictum, quod adhuc in suspenso relinquimus. Quid igitur Melissae illi faciamus? Sacerdotem esse apem quid hoc sibi vult? Hac ex re licetne concludi quale nomen ipsum fuerit? Licet profecto. Remiscaris velim Bacchi βόας (J. Gr. 3604), βασσάρας, τράγους, Dianae ἄρκτους, Proserpinae πώλους, Mithrae λέοντας et λεαίνας: cognosces, qua sub forma deus fictus sit, eam fere sacerdotum nomine exprimi.

Itaque pro Melissae sacerdotio numen aliquod postulari potest, quod sub apis imagine cultum sit. Quod si quaesiverimus in Graecorum pantheo, nullum inveniemus; investigemus igitur altius. — Atqui non solum e sacerdotum nomine, sed etiam e quibusdam bestiarum imaginibus quae cum deorum simulacris coniungi solent intellegi potest, quae sit primaria illius dei forma ab hominibus culta; et utrumque hoc ex apibus constat in Diana Ephesia: apis enim symbolum est in illius deae signis (cf. Clarac 361, 1195. 1198. 562 B, 1198 B C. 563, 1199), symbolum est in Ephesiis nummis. Accedit quod Rhodi in Camiri necropoli tabellae auri et electri inventae sunt, quibus expressa est mulier alis instructa, cuius corporis infima pars apis corpust est (cf. Arch. Ztg. 27 p. 111. Pernice Arch. Anz. 1904 p. 41), quaeque tam similis est imaginibus eius quae dicitur Persicae Dianae ibidem inventis (cf. Salzmann Nécropole de Camiros tab. I), ut procul dubio ipsa quoque Diana sit; neque Rhodi solum haec extant; eiusdem enim generis exempla E. Pfuhl Therae, Meli, Deli ad lucem traxit (Ath. Mitt. 1903 p. 228). Et quid docet Ephesiorum sacerdotum nomen? Ἐσσηνες (i. e. 'Weisel') appellantur cum saepissime in inscriptionibus (cf. Wood Inscriptions from the temple of Diana p. 2 sqq. in: Discoveries at Ephesos), tum apud Paus. VIII p. 776: τοὺς τῆ Ἀρτέμιδι ἐστιάτορας τῆ Ἐφεσῖα γινόμενους, καλομένους δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν Ἐσσηνας cf. Et. M. ἐσσην ὁ βασιλεὺς κατὰ Ἐφεσίουσ ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ μελισσῶν βασιλείωσ . . .

Quodsi ei qui deam nutriunt (ἐστιῶσι cf. de Diana Ephesia Et. M. s. v. Δατῖς . . . δεῖν θεόν εὐωχεῖσθαι) Ἐσσηνες vocantur, dea ipsa nihil esse potest nisi apis; huc accedit aliud argumentum: Aeschylus enim in ea quae Ἰέρειαi inscribitur fabula hunc versum exhibet (fr. 84)

εὐφραμεῖτε · μελισσονόμοι δόμον Ἀρτέμιδος πέλας οἴγειν.

Hic quid sibi vult 'μελισσονόμοι'? Respondet in alio cultu, Bacchi dico, institutum βουκόλων. De quibus cum ne ab Erwinio Rohde quidem recte iudicatum esse videatur plurimique intersit de hac analogia recte existimari, paulum mihi digrediendum est. Rohde enim in Psyche II p. 12, 13 adnot. haec scribit: „Ja, sie (die Feiernenden) haben Teil an dem Leben des Gottes selbst: nichts anderes kann es bedeuten, wenn sich die verzückten Diener des Gottes mit dem Namen des Gottes benennen So ist auch Dionysos bisweilen als βουκόλος gedacht:

ποιμένοι δ' ἀγραύλων τάρων Διὸς αἰγύχοιο
οἴει κισσογίτωνι

heisst es in den pseudoorphischen Lithica 260. Wiederum als Nachbilder des Gottes selbst heissen dann seine μύσται βουκόλοι (auf den Inss. aus Kleinasien [Inss. v. Pergam. II 485—88] und Thrakien) . . .'

Ac primum quidem quid illud occultum infimae aetatis indicium, quo Bacchus βουκόλος fit, ad multitudinem eorum testimoniorum, secundum quae sacerdotes eius βουκόλοι appellantur? Ab his igitur proficiscendum; quid autem hoc nomine significetur, perspicuum; nihil certe aliud nisi qui bovem i. e. Bacchum colunt. Altera parte si Bacchus βουκόλος appellatur, opinio est eum pastorem esse gregis sui, i. e. sacerdotum et mystarum, quos etiam βόας appellatos esse supra diximus; qua in re quod ille qui Lithica scripsit βουκόλον ad litteram intellexit, nullius momenti. Conspirant igitur hae opiniones:

Bacchus βῶς — initiati βόες,
Bacchus βῶς — initiati βουκόλοι,
Bacchus βουκόλος — initiati βόες.

Quae si concessa sunt, sequitur ut μελισσονόμοι μέλισσαν γέμων, i. e. Diana sit apis.

Quae testimonia aliis rationibus eximie confirmantur, quas argumentando colligimus.

In Philostr. imag. II 8,5 legimus: Ἰωνίαν
 ὅτ' ἀπόικιζον Μοῦσαι ἡγούντο τοῦ ναυτικοῦ ἐν εἴδει μελιττῶν —
 mirum hoc quidem! Musae coloniae duces! Musae apes!
 Quam ad aetatem hanc opinionem pertinere putemus? Ad
 inferiorem sane Hesiodo, qui in Theog. vs. 81, 83, 84 haec
 exhibet:

ὄντιγα τιμήσωσι Διὸς κοῦραι μέγαλοι . . .
 τᾶ μὲν ἐπὶ γλώσση γλοκερὴν χεῖουσιν ἐέρσην,
 τοῦ δ' ἔπε' ἐκ στόματος ῥεῖ μέλιγα . . .

hic enim voces illas γλοκερὴ ἐέρση et ἔπεα μέλιγα metaphoras
 esse et poeta vult et nos sentimus. Itaque quamquam funda-
 menta comparationis iam ab Hesiodo iacta esse videmus, tamen
 ut Musae apes dicantur tantum abest, ut in carmine demum
 Nonnianae artis hoc occurrat (Ant. Pal. IX 505):

Εὐτέρπη δογάκεσσι πολυτρήτοισι λιγαίνει,
 πνεῦμα σοφῆς ὀχετηγὸν ἐπισπείρουσα μελίσσης.

Itaque e Philostrati narratione alterum discernendum, aut
 Musae aut apes; utrum discernendum sit, facile intellegitur.
 Apes enim colonias emittere inter Philostratum eiusque aequa-
 les constabat (cf. Varro r. r. III 16, 29, ubi de apibus haec
 dicuntur 'progeniem veteres emittere volunt in coloniam ut
 olim crebro Sabini factitaverunt propter multitudinem liberorum'.
 Ael. a. n. V 13: ὅταν δὲ ἐπιγονὴ ἦ καὶ εὐθνηῆται μελίτταις τὸ
 σμῆνος καὶ εἰς ἀποικίαν ἐκπέμπουσιν ὡσπεροῦν αἱ μέγιστα! τε καὶ πολυαν-
 δροῦμεναι τῶν πόλεων).

Musae igitur, quas cum apibus longe alia de causa com-
 parari vidimus quam propter coloniarum deductionem secluden-
 dae. Quod affirmatur Himerii testimonio (or. XI): Ἴωνες οἱ
 ξένοι γένος Ἀττικόν . . . Μέλιττα γὰρ ἀποῦσιν αὐτοῖς ἐπ' Ἰωνίαν
 ἡγήσατο. Observatione dignum hic et quod Musae desunt et
 quod Μέλιττα singulariter tantum exhibetur; observatione eo
 dignius, quod Himerius alteram quoque memoriam novit, ut ex
 orationis 28 fragmentis apparet (§ 6): ἡγή]σεται δὲ τῆς ἀποικί-
 ας ἡμῖν οὐ σμῆνη μελισσῶν βοτρυδὸν ἐπὶ ν . . . νάμασιν ὡς καὶ
 πάντα τῷ μέλει κομίσαι, ἵνα πᾶσαν Ἀττικ . . ., quae Duebner
 quantum ad sententiam recto supplet: 'ducet autem vestram
 coloniam non examen apum, ut olim [contigit, sed Musae ipsae
 vos deducunt ad sacros Castaliae] latices, ut omnia circum-

quaque cantibus demulceantur'. — Apis igitur coloniam Jonum duxit. At num hac in re acquiescendum? Num vulgaris haec apis fuit ac non numinis vice functa est, nisi modo numen ipsum fuit? Qua de re dubitare desinemus, si alteram quae de Jonum colonia deducta traditur memoriam inspexerimus. Exstat in Callim. h. i. Dian. v. 225

χαίρε Χιτώνη

Μιλήτω ἐπίδημε· σὲ γὰρ ποιήσατο Νηλεὺς

Ἑγεμόνην, ὅτε νηυσὶν ἀνήγετο Κεκροπίηθεν.

Qua duplici memoria hic quoque artissime coniunguntur apis et Diana, aut potius cum alternis munere eiusdem coloniae ducendae fungantur, eadem est apis et Diana, atque ea Diana Ἑγεμόνη. Quae ut coniungerentur, eo factum esse dixerit quispiam, quod apem ut supra commemoravimus, colonias deducere constabat. Qua re cogermur putare, cum apem in Ephesiae deae cultu haerere videremus, nescio quo casu duo numina, e quibus alterum alterius nomen accepisse constat, forte diversissimis de causis — neque enim umquam Ephesia Diana colonias deduxit — eadem emblemata habuisse. Velim hoc fingas modo animo et manifestum erit cogitari id nullo modo posse. Accedit quod Ἑγεμόνη coloniarum ducem omnino non significavit; hanc enim notionem Callimachus unus uno hoc loco nomini illi vindicat, et quod vindicat, lusus est vere Callimacheus, nam reminiscaris velim Hegemones templi Acaesiani, quod in aditu Despoenes fani erat (Paus. VII 37, 1), aut eum cultum, qui in Acropolis Atheniensium aditu Dianae Ἑγεμόνη, Mercurio, Gratiis communis erat (Paus. I 22, 8), iam Roberto ea concedes quae in commentationibus Momms. p. 146 sq. dicit: 'in universum Diana Ἑγεμόνη Hecatae persimilis fuisse videtur. Nihil dico quod Acacesii statua eius faces manibus tenebat; sed in fabula Tegeatide Paus. VIII 47, 4, ubi Chromio dormienti se offert, aperte Hecates munere fungitur (cf. Artemidor. II 37 p. 139 Herch.); fungitur et in Orphei Argonauticis v. 912

εἶργει γὰρ πάντῃ δεινὴ θεὸς Ἑγεμόνεια

λόσσαν ἐπιπνεύουσα πυριγλήνοισι σκυλάκεσσιν'. *)

*) Adicias quod apud Libanium V 36 F. Diana ut canis (Hecabe — Hecate!) Jonum agmen ducit.

Aliis verbis: Diana Hegemone praeter cetera inferna est dea, dea mortuorum; neque igitur hiatus est inter Ἡγεμόνης et Χιτώνης notionem — qua nominis ambiguitate Callimachi facetia continetur; Χιτώνη enim est pro Diana Brauronia nuncupata ex eo usu, quo Dianae illi vestes mulierum pariendi tempore mortuarum vovebantur, qua re domina et vestium et animarum facta est (cf. Eur. Iph. T. 1462 sqq.). Potestne igitur factum esse, ut inferna illa dea apis signum acciperet? Immo vero hoc solo modo fieri potuit. Nam ubicumque apes inveniuntur, infernae sunt bestiolae, velut in antro Jovem infantem nutriunt, velut Thriae, quas sub apium imagine animo fingit poeta hymni in Mercur. 552—563, versantur ὑπὸ πτυγί Παρνησοῖο; et quas partes in Cereris et Proserpinae cultu agant, postea videbimus.

Atqui in materna dea Ephesia infernam quoque notionem cuiusdam momenti esse vel sine testibus apparet; quae quanti sit momenti, e sacrificiis quae ei feruntur concludere licet; sacrificantur enim apium*) et sal, quod utrumque inferorum sacrum cf. Boehm de symbolis Pythagoreis p. 44, 45; quae ad sacrificia Et. M. haec exhibet: Δαιτίς·τόπος ἐν Ἐφέσῳ· εἴρηται ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας· Κλυμένη θυγάτηρ βασιλέως**) μετὰ κορῶν τε καὶ ἐφήβων εἰς τὸν τόπον τοῦτον παραγενομένη, ἔχουσα δὲ καὶ ἄγαλμα Ἀρτέμιδος, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ λειμῶνος παιδιὰν καὶ τέρψιν ἔφη δεῖν θεὸν εὐωχεῖσθαι· καὶ αἱ μὲν σέλινα καὶ ἄλλα τινὰ συνάγουσαι ἀνέκλιναν· οἱ δὲ ἐφήβοι ἐκ τῶν πλησίον ἀλοπηγίων ἄλλας λαβόντες παρέθησαν τῇ θεῷ ἀντὶ δαιτός· τῷ δ' ἐξῆς ἐνιαυτῷ μὴ τούτου γενομένου μήνης τῆς θεοῦ καὶ λοιμὸς κατέλαβε, καὶ κόραι καὶ νέοι διεφθείροντο, χρησμὸς οὖν ἐδόθη, δι' οὗ ἐξηρμενίσαντο τὴν θεὸν καὶ δαιτὰς αὐτῇ ἐπετέλεσαν κατὰ τὸν τῶν κορῶν καὶ τῶν ἐφήβων τρόπον· καὶ ἐκ τοῦ συμβάντος παυσάμενου τοῦ λοιμοῦ ἢ τε θεὸς καὶ ὁ τόπος ἀπὸ τῆς δαιτός Δαιτίς προσηγορεύθη.

*) Phot. lex. σελίνου στέφανος πένθιμος· τὸ γὰρ σέλινον πένθει προσήκει, ὡς ἔφη καὶ Δούρις ἐν τῇ περὶ ἀγώνων.

**) Βασιλέως corr. Wil. per colloquium, cf. eiusdem „über die jon. Wanderung“ p. 7, 8. — Apud Porphyr. de abstin. legimus haec (II 9): τὴν μὲν γὰρ τῶν σοῶν σφαγὴν ἀκουσίῳ ἁμαρτίᾳ Κλυμένης προσάπτουσαν ἀπροαιρέτως μὲν βαλοῦσης, ἀνελούης δὲ τὸ ζῶον. Quae Clymene est χοιροκτόνος sive Ceres sive Κόρη cf. p. 53, 54.

Haec autem notio quae ad inferos pertinet multum mihi contulisse videtur, ut Diana Graecorum cum Asiatica dea coniungeretur. Prima enim illa Diana *Χιτώνη* Asiaticae deae occurrit: illa enim *Κιθωνέης* nomine (Hesych.) Mileti antiquitus colebatur (schol. Call. h. in Jov. 77) festo cui nomen erat *Νηλής* (Plut. de mul. virt. 253).

Atqui profecto in Graecia *Χιτώνη* Dianae apud notionem adhaesisse ex Herodoti de Periandri uxore narratione apparet, in qua antiquae mythologicae opiniones in fabulae vel — ut nostri homines dicunt — novellae formam permutantur, ita tamen ut e lacunis et rimis narrationis ubique mythicum illud transluceat fundamentum. Quod ut demonstrem, fabulam illam perscrutabor.

Periander Melissam uxorem interfecit (Herod. III 50); sed neque paenitere eum facti neque uxoris anima vexare videtur; impavidus tamquam si nihil commissum esset ad Thesprotiae mortuorum oraculum mittit, non ut manes expiaret, sed ut ex uxoris simulacro quaereret, ubi *ξεινική* quaedam *παρακαταθήκη* lateret, et tum maxime mirum: nihil Melissa de interfectore queritur, nihil accusat; se rigere dicit tantummodo, — vestes enim quae simul conditae essent non esse combustas. Quibus verbis acceptis proximum erat, quae neglecta erant facere, vestes simul conditas quam celerrime comburere; quod minime facit Periander, immo — quod Melissa verba nullo modo movent — omnes Corinthiacas mulieres vestibus exui vestesque comburi iubet. Quo facto Melissa placata respondet. — Minoris igitur momenti nex — oblivione enim obruitur —, minoris momenti vestes simul conditae — semel enim commemoratae silentio praetereuntur —; summi momenti quod Melissa apud inferos versatur vestesque ei sacrificantur. Si vel inde concludere licet non agi de mortali muliere, Melissa nomine et vestium sacrificio opinio nostra certam in partem flectitur; sed ut omni dubitatione liberemur, ex Heraclide Pontico comperimus Melissa aliud quoque nomen fuisse: *Λουσιδή* (Di. La. I 7, 94 sqq. *Περίανδρος Κυφέλου Κορίνθιος ἀπὸ τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους. οὗτος γήμιας Λουσιδην, ἣν αὐτὸς Μέλισσαν ἐκάλει*); cuius nominis quamquam exitus nihili est, *λύειν* tamen radix bene per-

spicitur; quodsi reputamus in ipso oppido Epidauro*), unde Periandri uxorem ortam esse omnes testes consentiunt, Dianam Λυσαίαν extitisse (cf. Cavvadias Fouilles d'Epid. I 57; 127), hanc autem Λυσαίαν procul dubio eandem esse atque Dianam Λυσιζώνην (schol. Ap. Rhod. I 288), quae ipsa nihil aliud est nisi Diana Χιτώνη aut Βραυρωνία, certo concludere possumus Melissam eam, quam novimus Dianae speciem, ea quam ipsam quoque non ignoramus apis effigie expressam esse; quo cum ex Di. La. (l. c.) accedat, quod Periander uxorem interfecit ἔγκυον οὔσαν, manibus tenemus illud fabularum genus quo numen humana specie indutum tamquam prototypus fit eorum qui sunt in eius dominatione: ἔγκυος οὔσα moritur et nuda inter inferos versatur: ῥίγῳν τε γάρ εἶναι καὶ γυμνή (Herod. l. c.); eodem modo mulieres quae ἔγκυοι οὔσαι moriuntur, vestes deserunt Dianae sacrificium:

πέπλων
 ἄγαλμά σοι θήσουσιν εὐπήγους ὑφάς,
 ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχορραγεῖς
 λείπουσ' ἐν οἴκοις (Iph. T. 1464—67).

Eis quae adhuc de apis cultu effecimus non repugnat Porphyr. de antro nymph. 18: σελήνην οὔσαν γενέσεως προστατίδα μέλισσαν ἐκάλουν (οἱ παλαιοί), affirmat potius; nam quid luna aliud atque Hecate et quid Hecate aliud atque Diana — sic ratiocinari Porphyrium comprobatur additamento: οὔσαν γενέσεως προστατίδα, quo munere illa fungitur iam in Aesch. suppl. 676 Ἄρτεμιν θ' Ἐκάταν γυναικῶν λόγους ἐφορεύειν.

Eruimus igitur Ephesiam apem deam, eruimus Jonicam, eruimus Corinthiacam — omnes isdem muneris finibus circumscriptas eidemque numini cessuras; at non solum in Dianae cultu apis occurrit, sed etiam — ut iam supra diximus — in Cereris praecipue Eleusiniae. Testimonio sunt schol. Pind. Pyth. IV 104: . . . μέλισσας κυρίως μὲν τὰς τῆς Δήμητρος ἱερείας φασί. schol. Theocr. XV 94 . . . Μελιτώδες δὲ τὴν Περσεφόνην φησὶ κατ' ἀντίφρασιν ὡς καὶ κόρην· διὰ τὸ τὰς ἑταίρας αὐτῆς καὶ τῆς Δήμητρος μέλισσας λέγεσθαι cf. Serv. Verg. Aen. 430 'sane fabula de apibus

*) Nescio an huc cadat. St. B. s. Ἐπίδαυρος· πόλις πρὸς τῷ Ἄργει θηλυκῶς λεγόμενη . . . ἐκαλεῖτο καὶ Μελισσία (l. Μελισσία) cf. Strab. VIII p. 374: φησὶ γάρ Ἀριστοτέλης κατασχεῖν αὐτὴν Κἄρας, ὡσπερ καὶ Ἐρμιόνα.

talis est . apud Isthmon anus quaedam nomine Melissa fuit . hanc Ceres sacrorum suorum cum secreta docuisset, interminata est, ne cui ea quae didicisset aperiret, sed cum ad eam mulieres accessissent, ut ab ea primo blandimentis post precibus et praemiis elicerent, ut sibi a Cerere commissa patefaceret, atque in silentio perduraret, ab eisdem iratis mulieribus discrepta est . quam rem Ceres inmissa tam supra dictis feminis quam populo eius regionis pestilentia ulta est; de corpore vero Melissaes apes nasci fecit. Latine autem μέλισσα apis dicitur'.

Quid hae μέλισσαι ad Cererem? Spes est hoc nos cognituros si prius disputaverimus de Eleusinae ipsius Cereris origine.

Opinio fuit Eleusinem esse 'urbem adventus' Eleusiniamque ab urbe nomen ducere. Quod propter ī longam fieri non potest.

Post ea quae W. Schulze in quaest ep. p. 259 sqq. comprobavit, Εἰλειθυία nomen non iam separari potest ab 'Ελειθυίη, 'Ελευθώ, 'Ελευθυία, 'Ελευσία et qualiacumpue sunt nomina eius deae quae aut per se colitur aut attributive cum Cerere coniungitur. Illius autem Ilithyiae omnia vestigia e Creta originem ducunt. Iam in Od. XIX 188 Creta sede utitur:

ἐν Ἀμνισῶ, ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης,

ubi antiquum eiusdem deae sacrum esse testis est Strabo X 476 (Μίνω δὲ φασιν ἐπιτείφω γρήσασθαι τῷ Ἀμνισῶ, ὅπου τὸ τῆς Εἰλειθυίας ἱερόν cf. Paus. I 18, 5: Κρήτες δὲ γῶρας τῆς Κνωσίας ἐν Ἀμνισῶ γενέσθαι νομιζουσιν Εἰλειθυϊαν; eadem Inati in oppido Cretae celebrabatur (cf. St. B. s. Εἴνατος) neque observatione est indignum quod veterum simulacrorum Ilithyiae quae Athenis fuerunt duo Paus. dicit e Creta, unum Delo oriri (l. c.); manifestum enim eam Deli quoque cultam esse, quoniam ibi duo potentissimi di summis cum laboribus nati sunt; sed vel inde quod Apollinis et Dianae ortus necessario Deli collocatur, apparet hunc Ilithyiae cultum non esse primarium. Sed alia quoque atque ea via quae Delum insulam tangit dea illa — quamvis altero suo nomine appellata — in continentem Graecam pervenisse videtur, trans Peloponnesum dico. Quod enim Hippolae in dedicatione 'Ελευθία nominatur (Ath. Mitt. I p. 162), Spartae 'Ελευσία (Dittenb. Syll. ² 252), quod Δημήτηρ 'Ελευσιναία

extat Gythii (Le Bas-Foucart 240), Theris ad Taygetum sitis (Paus. III 20, 5), Heli (Paus. III 20, 7) — ex his indiciis qui intercedat inter Peloponnesiacam et Creticam deam conexus concluditur; nam in Creta quoque alia illa nominis forma haeret. Qua in re maximi est momenti foedus inter Latum et Oluntem Cretica oppida ictum (B. C. H. III, 292. 308), quod Deli inventum est: certiores enim fimus de Ἐλευθυίας fano Lati sito, de Oluntiorum Ἐλευσσινίῳ mense; quae nisi cui satis sint, adhibeat Latiorum iusiurandum (τὰν Ἐλευσσίναν J. G. II 2554, 182) eorumque plebiscitum (Le Bas-W. 67, 31; 74, 25) et concedet deam Ἐλεΐθυϊαν — Ἐλευθυϊαν — Ἐλευσσίναν a Creta insula seiungi nequire.

Iam alterum illud quaerendum, haec dea utrum in Creta ipsa cum Cerere coniuncta sit an in Laconicis demum cultibus ubi eas coniunctas invenimus.

Atque primum quidem constat antiquis iam temporibus Cererem in Creta cultam esse; iam enim Bacchylidis aetate Proserpinae raptus in Creta collocatus erat (schol. Hesiod. theog. 914), ibidem iam apud Hesiodum (theog. 969 sqq.) Ceres cum Iasio conubium init νεῖψ̄ ἔν: τριπόλῳ, Κρήτης ἐν πίωνι δῆμῳ.

Immo antiquiora etiam tempora tangemus: memineris velim, quantas partes agat sus in Cereris deae cultu; reperitur enim in nummis Atheniensium (Hunt Coll. II 57, 62; 75, 220), Eleusiniarum (ib. 81, 1); sues sacrificatas esse Cereri et Proserpinae discimus e schol. Ar. Ach. 747, Ran. 398, Pac. 374, ex eis quae inveniebantur 'votive pigs' in Cereris Cnidiae fano (Newton: Discov. at Halic., Cnidus and Branchidae p. 419) aut in Prienes sacro (Priene. Wiegand u. Schrader tab. 155, 156), e χοιρίοις μυστηρικῶς (Ar. Ach. 738 sqq.); sed comperimus etiam e schol. Ar. Pac. 374 Cererem ipsam χοιροκτόνον appellari. Atqui Frazer e multis exemplis hanc effecit normam (l. c. I p. 328): 'wherever a god is described as the eater of a particular animal, the animal in question was originally nothing but the god himself. Divine titles derived from killing animals are probably to be similarly explained, as Dionysos αἰγροβόλος (Paus. IX 8, 2), Rhea or Hecate κυνοσφαγής (schol. Lyc. 77), Apollo λυκοκτόνος (Soph. El. 6), Apollo σαυροκτόνος

(Plin. n. h. XXXIV 70). Quodsi vel ex iis quae contulimus apparet Cererem quoque his numinibus esse inserendam, gravia accedunt testimonia quae doceant, qua sede primaria Ceres sus utatur. Theraea enim exstat inscriptio (J. G. XII 3, 418) de qua Hiller v. Gaertringen haec adnotat: 'Prope ecclesiam Χριστός appellatam versus occidentem quinque sellae sive arae ex ipsa rupe exsculptae sunt. Praeter eas duo foramina stelis recipiendis idonea ibi incisa sunt'. Ibi inscriptum est: ΥΣ ΔΑΜΑΤΡ[Ο]Σ [ΚΑΙ(?)] Κ[Ο]Ρ[Α]Σ. 'Ante Υ nulla litterarum vestigia vidi. Quomobrem supplementum [ἱερε]ύς reiciendum esse censeo'. Ac profecto hic quodlibet supplementum ad irritum cadit; primum enim utique de ἱερεῖα tantum agi potest; deinde id quod homines prava coniectura inferre volunt exhibetur: ὕς enim Cereris certo non aliter intellegi debet quam πῶλοι Cereris, ἄρκτοι Dianae, βόες Bacchi, id quod ex iis quae iam saepius tractavimus exemplis concludere licet. Itaque cum Therae Ceres sub suis specie coleretur, quia fere aut in sede primaria aut prope memoria potissimum haeret, aut Therae aut prope Theram primariam Cereris suis sedem inveniri probabile est; et revera transgrediari modo in Cretam et invenies quod quaeris. Legimus enim in Athen. 375 F sqq.: περὶ δὲ ὕων ὅτι ἱερόν ἐστι τὸ ζῷον παρὰ Κρησὶν Ἀγαθοκλῆς ὁ Βαβυλώνιος ἐν πρώτῳ περὶ Κυζικίου φησὶν οὕτως· μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίκτης, ἐν ἧ καὶ ἀπόρρητος γίνεται θυσία. λέγεται γὰρ ὡς ἄρα Διὶ θηλὴν ὑπέσχεεν ὕς καὶ τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ περιουνοῦσα τὸν κυζικθμὸν τοῦ βρέφους ἀνεπάστον τοῖς παριούσιν ἐτίθει· διὸ πάντες τὸ ζῷον τοῦτο περισεπτὸν ἡγγύονται καὶ οὐκ ἄν, φησὶ, τῶν κρεῶν δαΐσαντο. Πράσινοι δὲ καὶ ἱερά βέζουσιν ὕι, καὶ αὕτη προτελής αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται· τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ περὶ τελετῆς.

Qui suis cultus Cretensium confirmatur monumentis, velut Evans in Dictaeo antro invenit 'of animal terracottas the forepart and one painted hoof of a porcine animal' (B. S. A. 1899/1900 p. 107), quod respondet ad 'votice pigs' Cnidi aut Prienes, et in gemma quadam, quae A. B. Cook (J. H. St. 1894 p. 152 sqq.) summo iure Cretae insulae vindicat, ultra bovem conspicitur 'a man dressed in a pig-skin garb', quem Cook secundum ea exempla quae praemisit et in quibus ea

quae voluit comprobavit suis divinae cultorem ritualiter personatum putat, id quod ea quam Cook ignoravit Theraea inscriptione valde fulcitur. Neque observatione est indignum nos eis quae supra commemoravimus inventis Cnossum deduci; neque enim Ilithyiae solum antrum antiquum ad Cnossum erat, sed de Cnosso etiam haec memorabilia tradit Diod. V 77, 3: τὴν τε παρ' Ἀθηναίους ἐν Ἐλευσίνι γινομένην τελετὴν ἐπιφανεστάτην σχεδὸν οὐσαν ἀπασῶν, καὶ τὴν ἐν Σαμοθράκῃ καὶ τὴν ἐν Θράκῃ ἐν τοῖς Κίκουσι, ὅθεν ὁ καταδειξίας Ὀρφεὺς ἦν, μυστικῶς παραδίδουσαι, καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐν ἀπορρήτῳ παραδίδόμενα παρ' αὐτοῖς κρύπτειν τῶν βουλομένων τὰ τοιαῦτα γινώσκειν.

Itaque omnia testimonia complexi ea quae Kern (Pauly-Wissowa) iam dubitanter neque argumentis fulta protulit, maiore cum fiducia contendemus Cererem in Creta — fortasse ortam — certo Eleusiniam factam esse; cuius in cultu si Melissas sacerdotes et mystas versari videmus atque altera in Prasi Creticae urbis nummis apem cum Cerere aut Proserpina coniunctam invenimus (Hunt Coins obv.: Head of Demeter or Persephone l. wreathed with corn. Rev. [ΠΡΑ]ΪΣΙ, bee; in field l. rose), gaudemus quod in Isthmo observavimus, in eadem dea confirmari id in Creta.

Cereris igitur apes secuti ad Iovis locum natalem venimus, nondum ad incunabula ipsa. Sed ne Ceres quidem ultima est dea, cuius in cultu apem invenimus: Melissas nuncupari antistites **Matris Magnae** a Didymo comperimus, quo Hesychii quoque illud glossema spectare videtur: μητροπόλος· τὰς πάλα· μελίσσα.

Repetamus igitur quid adsecuti simus: Therae, Meli, Deli, Rhodi in insulis apem deam manibus tractamus, haeret apis in Creta, adiungitur Matri Magnae; est Μέλισσα Corinthi, fungitur Dianae vice; est Μέλισσα in Isthmo, sacerdos fit Cereris Eleusinae; Ionicam coloniam ducit apis sicut Diana, ac ne Ephesiam apem quae ab Asiatica illa dea recipitur a ceteris secernas — Ephesia illa Diana ad Matrem Magnam eandem rationem habet quam species ad genus. Nam ipsa quoque — ut vel simulaero demonstratur — Μεγάλη Μήτηρ habetnr, ipsa quoque castratis sacerdotibus quibus Μεγάβοζοι nomen est utitur, ipsa quoque feris atque orgiasticis quibusdam caerimoniis colitur, ita ut Timothei hymnus appellare

eam possit *μανάδα θουάδα φοιβάδα λυσαάδα*. Unde concludemus primum nihili esse Melissum aut Melisseum Cretae regem qui *Melissae pater* vocatur, *) deinde cum apes tribus deabus necessitudine quadam inter se cognatis aut cesserit aut aequata sit, dea fuit populi antecedentis ei qui Matrem, Cererem, Dianam coluit; quem populum ibidem ubi apem deam invenimus et in Asia et in insulis et in Graeciae orae partibus habitasse e localibus nominibus ut exemplo utar in -essos, -issos exeuntibus satis constat ac nescio an *μέλισσα* nomen ipsum huic populo debeatur. Ac quod contra dicis alibi quoque ubi ille populus numquam habitavisset apem tamquam divinum numen fabulis quibusdam insertam esse, hoc quamquam concedo, tamen contra ea quae assecuti sumus id non facere ut intellegas, brevi illas fabulas percensebo.

Ac primum quidem exstat apes illa quae inter nympham et Rhoeum quem illa in deliciis habet, dum fidem servat, nuntii vice fungitur (schol. Apoll. Rhod. II 477). Sed quamquam poetae quicumque castam bestiolam inter castos amantes has partes agentem pulcherrime facit, maximam habemus gra-

*) Non est Melissus deus. Melissus enim Idae pater (St. B.) quem Maass opinatur haerere in Troica fabula (Griech. u. Sem. auf d. Isthm. p. 46) non diversus est ab illo quem finxit mythographus nescio quis pragmaticus Melisseo Cretico, qui idem apud Apollod. I 1, 5 Adrasteae et Idae pater nominatur honore illo propterea tantum dignus iudicatus quod filia una cum illis Jovem infantem nutrit. Ille autem Melissus quem Maass p. 65 Cei in insula Aristaei parem esse contendit („auf Keos als Ortsgott neben Aristäus steht“) mere fictus est ac ne a mythographo quidem, sed Maass ipse eum efficere studet ex inscriptione (J. G. XII 5), qua in inscriptione uno tenore numerantur *ἐμ Μελλίσσωι* (sic) *ἐμ Προβαλινθούντι ἐν Ἀκτῆι*. Sed licet vico illi nomen fuerit *Μελισσοῦς* ac non *Μέλλιsson* (immo legendum esse *Μελλίσσῳ* puto) non licet sine ambagibus inde fingere heroa quem dicunt eponymum, neque deum. Neque minus infirmis pedibus stat ille Melissus quem ex heroe eponymo vici Corinthiaci deum factum esse Maass credere nos iubet. Nam fabula in qua ille partes agit quamvis debiles et de qua Maass p. 57 sqq. disserit, quanta cum libidine e fabulis de Actaeone et de Orpheo traditis nonnullis rebus gestis a factioso homine intextis conglomerata sit, Maass ipse non ignorat. Contenti igitur simus Melissa dea qua si di volunt explicemus Melissum vicum. Immo si recte consideraveris ne posse quidem esse Melissum deum *Melissae* deae parem invenies. Neque enim sunt apes mares; mares sunt fuci, qui quos colamus tamquam deos minime sunt digni.

tiam, deam hanc apem quis putabit? Deinde de templo Apollinis Paus. haec narrat (X 5, 9): δεύτερα δὲ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ γενέσθαι ὑπὸ μελισσῶν τὸν ναόν, ἀπὸ τοῦ τε κηροῦ τῶν μελισσῶν καὶ ἐκ πτερῶν · πεμφθῆναι δὲ ἐς Ὑπερβορέους φασὶν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος, quo cum templo Plutarchus antiquissimum quem dicit hexametrum coniungit: συμφέρετε πτερά, οἰωνοί, κηρόν τε, μέλισσαι. Sed huius templi sedem primitivam non esse Delphos ut Pausanias ipse indicat ita confirmatur testimonio Eratosthenis (XXIX): ἔκρυψε δὲ αὐτὸ (scil. τὸ βέλος) ἐν Ὑπερβορείοις, οὐ καὶ ὁ ναὸς ὁ πτέρυκος. Ecce explicationem. Nam cum Hyperboreorum terra sit περροφόρος regio (cf. Plin. n. h. IV 88), huius regionis templum ipsum quoque pinnis est compositum. Sed quia ne apud Hyperboreos quidem ipsis pinnis contineri potest, quid licet fingere durius aut purius quo firmetur quam ceram apium, castorum et purorum animalium? Hac igitur in fabula ut nivis pinnae antecedunt avibus, ita cera antecedit apibus. Nihil ergo hoc ad apem deam.

Postremo proponam obscurissimum illum locum, quo agitur de Thriis in Hom. h. Merc. 552—563:

Θριαὶ γὰρ τιγες εἰσί, κασίγνηται γεγαῖαι,
 παρθένοι, ὠκείησιν ἀγαλλόμεναι περὶ ῥόγῃσσι,
 τρεῖς · κατὰ δὲ κρατὸς πεπαλαγμένα ἄλφιτα λευκά
 οἰκία ναιετάουσιν ὑπὸ πτυχί Παρνηγοῖο,
 μαντείης ἀπάνευθε διδάσκαλοι, ἦν ἐπὶ βουσί
 παῖς ἔτ' ἐὼν μελέτησα · πατὴρ δ' ἐμός οὐκ ἀλέγξειν.
 ἐν τεῦθεν δὴ ἔπειτα ποτώμεναι ἄλλοτε ἄλλη,
 κηρία βόσκονται καὶ τε κραίνουσιν ἕκαστα.
 αἱ δ' ὅτε μὲν θυῖωσιν ἐδηδοῖαι μέλι χλωρόν,
 προφρονέως ἐθέλουσιν ἀληθείην ἀγορεύειν ·
 ἦν δ' ἀπονοσφισθῶσι θεῶν ἠδεῖαν ἐδωδῆν,
 φεύδονται δὴ ἔπειτα δι' ἀλλήλων δονέουσαι.

Rectissime si quid video Baumeister ad hunc locum secundum Lobeckium exhibet haec: 'Apibus assimilatae sunt Thriae faticidae, non solum propterea quod natura harum volucrum multa habet communia cum nymphis, sed etiam quia apes divini quiddam et praesagiens futuri habere videbantur'. Quae ut paulum certe de meo augeam — non Graecorum solum est talia numina apium forma fingere. Valkyriae enim quae vo-

cantur 'idisi' in Merseburgiensibus incantamentis, apium induere videntur speciem in apium incantatione anglosaxica quae exstat in Wuelckeri poematis anglosax. minor. p. 34 III. 'Sitte ge, sigewif, sigad to eorthan!' 'sigewif' autem nomine Valkyrias indicari intelleges cum eas 'sigrfljóð' in Eyrbyggjasaga 114 audisse acceperis. Huc quatenus Weickeri de animarum in apes transformatione opinio cadat decernere non audeo. Sed utut est, toto caelo distant hae quoque apes inferioris quam dicunt mythologiae ab ape illa e documentis et e litteris eruta, quam quin secum coniungerent ne summae quidem deae recusaverunt.

